Domnulu nostru Isusu Christosu a intemeiatu primatulu, carele l'a datu fericitului apost. Petru preste intréga bese-ric'a si pre Petru l'a pusu de capu vediutu alu basericiei.

§. I. Sant'a scriptura.

Fiendu dogm'a despre primatulu de onore, auctoritate si juredictiune alu s. Petru apostolulu si alu Pontificiloru rom. succesorii aceluiasi adeveru descoperit u de Domnedieu si asia ajungandu pana la noi, — urmeza cumca primulu si celu mai de frunte fundamentu alu acestei descoperirii domnedieesci este s. criptura, si adeverulu conservatu pre paginile santei scripture si stradatu noue, in tempurile inainte de schisma a fostu cunoscutu atâtu besericiei orientali câtu si celei apusene; pentruca s. scripture, — de si ecsiste tradusa in diferite limbe, — este un'a si ace'asi atâtu la orientali câtu si la apuseni.

Fia-ne iertatu dereptu ace'a — mai nainte de ce amu produce monumentele, din cari amu poté eruá si afirmá credinti'a besericiei orientali despre primatulu santului apostolul Petru si a demustrá si probá tesea propusa, — se luamu inceputulu dela sant'a scripture si se aretam cu preferinta acele locuri, cari s'aru poté produce spre afirmarea primatului santului apostolul Petru din lectiunea corecta a tradiutiunilor.

Deci, că se incepemu dela destinatiunea acestui apostolu, — venindu apoi la promisiunea primatului facuta fe-



De primatu sancti Petri apostoli ejusque successorum Romanorum Pontificum.

Articulus I.

Dominus noster Jesus Christus instituit primatum, quem in universam Ecclesiam beato Petro apostolo contulit et Petrum visibile caput Ecclesiae constituit.

§. I. Sacra scriptura.

Cum dogma respiciens sancti Petri apostoli ejusque successorum, Rom. Pontificum, primatum — tum honoris et auctoritatis, tum etiam jurisdictionis sit veritas divinitus revelata et proinde ad nos usque pervenerit, — sequitur hujus divinae revelationis primum praecipuumque fundamentum esse s. Scripturam, et veritatem in s. Scripturae tabulis conservatam nobisque transmissam ante schismatis tempora orientali Ecclesiae non minus ac occidentali notam fuisse; est enim s. Scriptura apud orientales, — etiamsi in variis vernacularum translationibus existens — eadem, quae apud occidentales.

Antequam itaque ea afferamus in medium monumenta, e quibus fidem or. Ecclesiae circa s. Petri apostoli primatum eruere et adstruere thesimque nostram demonstrare probare valeamus, liceat initium sumere a sacris Scripturis, eaque preaprimis exhibere loca, quae juxta correctam versionum lectionem ad s. Petri ap. primatum adstruendum adduci possent.

Iam vero ut a destinatione hujus Apostoli exordiamur — venturi postea ad promissionem primatus b. Petro factam et

ricitului Petru si la solemn'a conferire a aceluia, — sustinem'u cumca in versiunile santei scripture, cari se afla preste totu la noi si in cele mai multe locuri si la greco-orientali, suntu destulu de chiare acele locuri, din cari se constata evidentu cumea cuventele Domnului nostru Christosu produse de Evangelisti, suntu de a se luá in acelui intielesu, in care le-a luatu si le-a tinentu totu de-un'a beseric'a apuséna scoitiendu si statorindu din ele adeverat'a credintia catolica despre primatulu s.lui Petru.

Din loculu, carele se afla la Ioanu I, 42 si prin cuvantele urmatorie: *Tu esti Simonu filiulu lui Ion'a. Tu te vei chiamá Chefa, ce se dice Petru*, aréta cumea numele lui Simonu a fostu stramutatu prin Domnulu Christosu, nu se poate conchide altuceva, decătu că Domnulu in acésta stramutare a numelui a avutu ceva propnsu speciale facia de acestu apostolu. Er' c'ea ce a veit u se preinsemne prin stramutarea numelui, apriatu aréta Domnulu prin stralucit'a promisiune, candu in cuvantele dela Mat. XV, 17—19 graindu catra Simonu, carele dintre toti moritorii mai antanii marturisise pre Isusu Christosu filiulu lui Domnedieu celui viu, i-dice: *Fericitu esti Simone filiulu lui Ion'a, că nu carneas i sangele ti-a descoperit u tie, că Parentele mieu, carele este in ceriuri. Si eu-ti d'iu tie că tu esti Petru, si pre acésta piéra voiu edificá beseric'a mea, si portile iadului nu o voru invinge pre ea. Si tie-ti voiu dá cheile imperatiei ceriuriloru; si ori ce vei legá pre pamentu, fivá legatu si in ceriu, si ori-ce vei de-legá pre pamentu, vă fi deslegatu si in ceriuri,*

Er' cumca Domnulu Christosu, carele e credintiosu in dîsele si promisiunile sale, nu s'a opritu aci, ci a s'i implementu promisiunea facuta lui Petru, se vede din cuvantele dela Ioanu XXI, 15—17, cu cari dupa inviarea sa lui Petru apostolu i dà in grigia că se-i pasca mnelii si oile sale dicandu: *Pasce mnelusielii miei,... Pasce oile mele.*

Deci nu poate fi indocla cumca s. Petru nu ar' fi fostu pusu de fundamentu si capu vedintu si pastoriu alu beseric'ei in aceste locuri ale santei scripture. Caci cumca sub

illius solemnem collationem, contendimus in versionibus s. Scripturae, quae apud nos et pluribus in locis etiam apud greco-orientales promiscue exstant, sat clara esse illa loca, e quibus evidenter constat verba Christi Domini nostri apud Evangelistas accipienda esse eodam sensu, ac illo, quo haec loca occidentalis Ecclesia accepit et semper tenuit, indeque veram catholicam fidem circa s. Petri primatum hausit statuitque.

E loco jam, qui apud Joann. I, 42, exstat Simonisque nomen sequentibus verbis: *Tu es Simon filius Jona; Tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus a Christo Domino mutatum fuisse tradit, nihil aliud concludi potest, nisi quod Dominus hac nominis mutatione aliquid specialis consilii de hoc Apostolo mente foverit. Quid autem Dominus hac nominis immutatione significaturus fuerit, insigni explicat promissione, dum eundem Simonem, qui omnium mortalium primus Jesum Christum filium Dei vivi professus est, apud Math. XV, 17—10 his alloquitur verbis: Beatus es Simon Bar-Jona. quia caro et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus, qui in coelis est. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam, et portae inferi non praevalebunt adversus eam. Et tibi dabo claves regni coelorum. Et quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in coelis, et quodcumque solveris super terram, erit solutum et in coelis.*

Quod vero Christus Dominus, qui fidelis est in dictis et premissis suis, hic non substiterit, sed promissionem Petro factam adimpleverit quoque, apparet ex verbis, quibus post resurrectionem suam ap. Joann. XXI, 15—17. Petro apostolo agnos et oves suas pascendi curam mandat, dicens: *Pasce agnos meos... Pasce oves meas.*

Constitutum fuisse itaque his s. Scripturae locis s. Petrum: fundamentum et visibile Ecclesiae caput pastoremque dubitari non potest. Sub petra enim eundem, qui mox ante

piétra, care cu pucinu mai 'nainte se dice Petru si dupa tecstulu grecescu *Πέτρος*¹⁾ e de a se intielege unulu si acel'asi, urméra chiaru din contecstu, carele neci dupa ecplicatiunea intortocata a unor'a nu pote admite schimbarea subiectului in cuventele intrepuse. Dar' si altu cumu, cu ce scopu ar' fi dîsu Christosu cumca Simonu se chiama Petru, déca nu ar' fi voitu se puna pre Petru de fundamentu besericei sale? Si dupa ce a pasce mnelusieli si oile amesuratu usului vorbirei biblice atât'a insémna, câtu a fi mai mare si a guberná, — cene se indoiesce cumca s. Petru nu ar' fi fostu pusu prin Is. Christosu de pastoriu alu credintiosiloru si de indreptatoriu alu besericei?

Din ce motivu ar' fi incredintiatu Christosu lui Petru grigia de a pasce mnelii si oile i-s'a datu si potere si auctoritate de a guberná beseric'a — carele neci de cumu nu cunósce regulele ermeneutice de a ecplicá sant'a scripture.

Ci credemu cumca se potu omite tóte ecplicarile si interpretarile cuventelor cu atâtu mai tare, cu câtu e mai chiaru constatatu că din tóte versiunile s. scripture, câte se afla traduse la poporele orientali — că si la noi, nu s'ar' poté scôte alta credintia despre primatulu s.lui Petru, de cătu ce'a ce a predicatu-o si a conservatu-o totu de-un'a beseric'a romana, si numai pre acele versiuni le ecpliciu-nam, cari s'au stricatu prin acatolici cu intentiune de a face se cada traditiunea a ostolica.

Cu tóte aceste vomu mai produce unele locuri ale s. scripture, prin cari se aréta si se pune mai pre susu de ori

¹⁾ Versiones nostrae romanicae habent *Petru* (*Petrus*); sequuntur enim sicuti vulgata textum graecum, qui *Πέτρος* habet; at plurimae orientales retinuere vocem feminini generis. Ita arabica, persica, aethiopica, coptica et armena, nec non slavicae om-

Petrus, et ad imitationem graeci Πέτρος¹) dicitur, significari necessario sequitur e contextu, qui mutationem subjecti in verbis interpositis nec contorta quorumdam explicatione admittere potest. Alioquin ad quid Christus commemorasset Simonem vocari Petrum, nisi illum fundamentum Ecclesiae suae constituere voluisse? Et cum pascere agnos et oves secundum usum loquendi biblicum idem sit, ac praeesse et gubernare, quis dubitat s. Petrum pastorem fidelium, Ecclesiaeque rectorem a Christo Domino constitutum fuisse?

Qua ratione mandasset Christus Petro curam agnos ovesque pascendi, nisi agnorum oviumque rationabilium pastorem constitutere voluisse illum, cui jam antea (Luc. V. 10.) hoc se facturum esse promiserat dicens: *Noli timere, ex hoc jam homines eris capiens.*

Fuisse Petro cum cura agnos et oves pascendi etiam postetatem auctoritatemque Ecclesiam regendi collatam, non nisi is negare auderet, qui sacram Scripturam interpretandi hermeneuticas regulas omnino ignorat..

Sed omittendas esse ducimus omnes verborum explicaciones et interpretationes eo potius, quo certius constat, ex omnibus, quae apud orientales populos vernacula lingva — ac apud nos — exstant s. scripturae, versionibus, — exceptis illis, quae per acatholicos intentione apostolicam labefactandi traditionem interpolatae sunt, — nonnisi eandem fidem circa s. Petri primatum hauriri posse, quam Rom. semper praedicavit et conservavit Ecclesia.

Praestabit tamen in medium affere nonnulla adhuc sacrarum litterarum loca, quibus summam et supremam aucto-

nes. Conf. Theologia. fundamental. Joann. Schwetz. Edit. III, Vienn. 1858. pag. 378. Sic etiam syrochaldaica, qua lingva Christus Dominus usus fuerat. habet בִּנְפָא (Cheffa), quod Petram significat.

ce indoieala auctoritatea cea prea inalta si suprema data de D. n. Is. Christosu lui s. Petru ca se guberneze beseric'a si ca s. apostolu a avut deplena conscientia facia cu acesta potestate si auctoritate data lui.

Éta ce spunu santele scripture despre acestu Apostolu!

Petru este celu de antaiu, carele intendiendu-si man'a scote sabia din teca ca se apere prc Christosu, Ioan XVIII, 10; elu este celu de antaiu, carele dupa inviare grabesce la mormentulu Domnului. Ioan. XX, 6.

Domnulu Christosu se ingrigesce ca anumitu antaniu lui Petru se-i se faca cunoscuta inviarea sa prin angeru, carele la Marcu XVI, 6—7 dice muierilor: *Nu ve spaimantareti . . . a inviatu, nu este aci, ci mergeti si spuneti invetiaceilor si lui Petru;* acelui Petru adeca, carele fapt. apost. XI, 4 antaniu incependum a predicat mai antaniu face dispusetiuni. S. Petru este celu de antaniu, care scoandu-se in midiloculu fratilor vorbesce despre punerea altuia in loculu lui Iuda celui vendiatoriu. Acolosi I, 16—22. Elu confrunta antaniu in diu'a de rosalie pre celi ce dicea ca apostolii aru fi pleni de vinu. Acol. II, 14. Prin cuvintulu s. Petru apost. se lovesce cu morte grabnica Anam'a si muierea acestuia, cari vendiendo agrul'u, o parte a pretiului au rezervatu-o pentru sene. Elu este celu de antaniu, care respinge pre Simonu magulu cu cuventele fapt. apost. VIII, 20 *Argentulu teu se fia cu tene spre pierire, caci ai socotit u ca darul'u lui Domnedieu cu bani se poate agonisi!* Elu anuncia mai antaniu numele lui Christosu judeiloru si indemnatus prin visiune ceresca paganiloru fapt apost. II, 14; X, 10. impunendum multimei adunate ca se faca penitentia.

Era dupa ce se suscitau intrebare despre necesitatea celor legali, nu Petru fu celu de antaniu care vorbi aci? fapt. ap. VII. La elu indrepta intrebarea Pavelui si Barnab'a, dintre cari celu de antaniu, dupa ce s'a intorsu, se prezenta lui Petru venindu la Ierusalimu. Galat I, 18.

Deei din tete aceste apriatu se arata cumea santului apost. Petru insusi Domnulu i-a conferit primatulu, si apos-

ritatem Ecclesiam regendi a Domino N. J. Christo soli Petro concreditam — eundemque s. Apostolum hujus sibi collatae potestatis et auctoritatis plene conscient fuisse adstruitur et extra dubium ponitur.

En quid sacrae paginae de hoc tradunt Apostolo!

Petrus primus est, qui extendens manum gladium eximit e vagina ad Christum defendendum, Joann. XVIII, 10. Matth. XXVI, 51; primus est, qui post resurrectionem festinat ad sepulchrum Domini. Ioan. XX, 6.

Christus Dominus resurrectionem suam Petro primo nominatim notificari curat per angelum, qui ap. Marc. XVI, 9—7 mulieribus dicit: *Nolite expavescere... resurrexit, non est hic, sed ite et dicite discipulis et Petro;* illi nempe Petro, qui act. ap. XI, 4. primus incipiens praedicare, primus ordines exponit. S. Petrus primus est, qui exurgens in medio fratrum orationem facit de uno in locum Judae proditoris sufficiendo Ibid. I, 15—22; primus qui die pentecostis dicentes, quod apostoli musto pleni essent, confutat. Ib. II, 14; ad verbum s. Petri apostoli morte percutitur subita Ananias et uxor ejus, qui agro divendito pretii partem sibi reservarunt. Ipse est, qui primum haereticum Simonem magum sequentibus profligat verbis: act. ap. VIII, 20. *Pecunia tua tecum sit in perditionem, quoniam donum Dei existimasti pecunia possideri!* Primus Judaeis et postea — coelesti visione monitus — primus gentilibus nomen Christi annunciat, act. ap. II, 18; X, 10 inponens multitudini coadunatae poenitentiam agendam.

Excitata dein quaestione de necessitate legalium non-ne Petrus primus est, qui ibi loquitur? Act. 7. Ad eum referebant quaestionem Paulus et Barnabas, quorum primus Petro se sistit conversum cum Jerosolimam venit, Gal. I, 18.

His itaque omnibus palam conficitur primatum s. Petro apostolo ab ipso Domino fuisse collatum; cuius sibi colla-

tolulu aducandusi a mente despre acésta potestate data lui, totu de-un'a s'a portatú cá principe alu Apostoliloru si cá atare fù recunoscutu de celi alalti Apostoli si Evangelisti; pentruca totu de-un'a elu vorbesce in numele celor alalti Apostoli, candu e de a se propune ceva in numele acestor'a¹⁾ si ià asuprasi aperarea loru.²⁾ Evangelistii cu unu cuventu si nestramutatu punu pre Petru in loculu celu de antanii intre apostoli, seau neamentindu pre celi alalti, numai pre elu singuru-lu numescu celu de antanii.³⁾

Dar nu ne opacimu intru aducerea mai multoru locuri din s. scripture, prin cari se afirma credinti'a despre primatulu fericitului Petru, nu cumva aducandu probe preste mesura multe, — se se para că nu amu probatu de ajunsu. Cele produse pana aci probéza din destulu si de ajunsu că credinti'a cat. despre primatulu s. Petru si despre perpetuitatea acelui'a celu mai firmu fundamentu lu-are in s. scripture si că beseric'a orientale altu intielesu si contrariu credintiei cat. de aci nu a potutu se erueze si se scóta de câtu prin interpretare intortocata. — Er' cumca credinti'a despre primatulu s.lui Petru si alu urmatorilor lui la orientali a ecsistatua asia de firma, precum o tiene si beseric'a apuséna si o marturisesce pana in dîlele nóstre, aréta evidentu cartile nostre chorali, liturigice-rituali si altele, dintre cari in loculu primu producandu pre cele chorali, dupa potentia ne vomu folosi in citatiuni nu de versiunile nóstre, ci de ale greco-orientaliloru.

§ II. Cartile chorali.

Se incepemu dar' seri'a argumentelor cu cartile chorali edate in limb'a romana. Intre aceste loculu primu lu-occupa cartea, care in comune se numesc meneiu. — Meneiu (*μηναῖον*) seau carte mensuale (lunaria) se dîce, pentru ca cuprinde in sene cantarile toturororu santiloru, cátí se onoréza in singuraticele dile ale lunei — puse in atare ordene, in câtu

¹⁾ Math. XIX, 27, Luc. V, 8; VIII, 45; IX, 33; XII, 41; Ioan. VI, 69.

²⁾ Act. apost. II, 15; IV, 8.

tae potestatis Apostolus haud immemor se semper tamquam principem Apostolorum gessit et ceu talis a reliquis agnitus fuerat Apostolis et Evangelistis; semper enim ipse loquitur nomine reliquorum Apostolorum, cum horum nomine aliquid proponendum venit¹⁾ et eorum defensionem suscipit²⁾) Evangelistae uno ore constanterque s. Petrum primo loco collocant inter Apostolos, vel praetermissis aliis, solum et primum (*πρῶτον*) nominant.³⁾

Sed non moramur in adducendis pluribus s. Scripturae effatis, quibus fides circa primatum b. Petri adstruitur, ne si plurima huc spectantia adduceremus, nimium probaturi minus probasse videamur. Quae hactenus adducta sunt, satis superque adstruunt, fidem cath. circa s. Petri primatum hujusque perennitatem in sacris Scripturis fundamentum habere firmissimum Ecclesiamque orientalem alium, catholicae fidei alienum sensum, nisi contorta interpretatione inde eruire et haurire non potuisse. Exstitisse autem apud orientales circa primatum s. Petri ap. ejusque successorum firmam quam occidentalis Ecclesia tenet, fidem, et ad nostra usque tempora profitetur, evidenter demonstrant nostri libri chorales, liturgico-rituales et alii, quorum primo loco chorales allaturi, in citando non nostras, sed ad posse graeco-orientalium adhibebimus versiones.

§. II. Libri chorales.

Incipiamus itaque seriem argumentorum a libris choraliis lingua vernacula (romanica) editis. Horum primum locum obtinet qui vulgo menaei nomine venit. Dicitur autem menaeum — (*μεσηνὸν*) — seu liber mensualis ideo, quia cantus in omnium, qui per singulos mensis dies recurrent, Sanctorum, — tali ordine dispositos continet, ut a pri-

³⁾ Matth. X, 3. Marc. III, 16; 37. Luc. VI, 14; confer. Galat. I, 18. *πρῶτος Σιμον ὁ λεγόμενος Πέτρος.*

imcependum dela 1. dî a anului eclesiasticu (1. sieptembrie); în fia care dî se ocura ceva că propriu destinatul în onoarea santului. — Dar' fiind că afară de cantari și de lectiuni, cari sănă indatenatul a se pune spre laudă și în onoare fiasce-carui santu, mai obvinu la serbatorile cele mai mari și notitie biografice referitorie la viatia și la martiriu fia carui santu, ce cade pre singuritele dile, și acele ecspunu că și intru unu compendiu scurtă și succintă istoria a solemnităței, ce ocure, care istoria se dice sinacsariu (*ovražđаоу* — colectiune), din aceste cause carteau de cu-mune devine mai voluminosa de cătu cele alalte și constituindu unu opu mare, la noi catolicii de ritulu grecescu e impartita în trei, — éra la greco-orientali, — chiaru că și la Greci, dupa numerulu lunelor in douspradiece volume.¹⁾ Inse în meneiulu nostru fiesce care luna are partea sa propria, separata în ordene succesivu, de unde se iau afară singure acele cantari și lectiuni, cari fiindu comune mai multor santi, dupa ce ocuru o data, nu se repetiescu mai de multe ori; acestea se cuprindu în partea cea mai mica a III a meneiului nostru.

Cantările și lectiunile, ce se cuprindu în carteau acăstă au nume diferite.²⁾

Dar' înainte de ce amu incepe a produce argumente pentru probarea lucrului, vomu a însemnă, cumca în biserica or. că și în cea apusenă, se venerăze numele acelora, cari au urmatu santului ap. Petru și cari pentru santitatea vietii adausi la numerulu Santiloru, au celu pucinu unele cantari, ce se tienu de oficiulu propriu în ciclulu serbatorilor orientali, și în cătu cu referintia la viatia și la patimile loru se onorăze cu distinse laude.

Intre aceli'a, cari se lauda cu distinse laude în menologiulu Greciloru și prin urmare și în editiunea meneiului

¹⁾ Editio nostra Blasiensis II. anno 1838^º slavicis characteribus est impressa, in 3 partes divisa. Graeco-orientalium Romanorum vero editio novissima pariter slavicis characteribus impressa est Cibinii anno 185^¾, in 12 volumina, sed contextus hujus posterioris in omnibus fere a nobis citandis locis cum editione nostra Blasiensi cohaerenter concordat.

ma anni die, quae cum anno incipit ecclesiastico (1 Sept.) quocumque die alicujus sancti quiddam quasi proprii occurrat officii. Cum autem praeter cantus et lectiones, quae in laudem et honorem unius cuiusque Sancti recenseri solent, in majoribus festis etiam notitiam biographicam quoad vitam martyriumque singulorum per dies recollectorum Sanctorum quasi in compendium redactam et solemnitatis recurrentis brevem succinctamque expositionem contineat, quae synaxarii (*ονταςάριον* — collectionis) nomine venit, solito voluminosior evadit, et immensum constituenta opus, apud nos graeci-ritus catholicos in tria, — apud graeco-orientales vero, sicuti apud Graecos ipsos, juxta mensium numerum in duodecim divisum est volumina.¹⁾ Habet attamen etiam in nostro menaeo quisque mensis suam partem propriam successivo ordine separatam, illis solummodo exceptis canticis et lectionibus, quae pluribus sanctis cum sint communia, — una vice occurendo, amplius iterari non solent, quae-que tertia minori menaei parte continentur.

Cantica et lectiones, quae hic complectitur liber, vario inscribuntur nomine.²⁾

Sed antequam pro re nostra argumenta in medium affere incipiamus, notatum esse volumus, coli in ecclesia orientali non minus ac occidentali nomina illorum, qui sancto Petro ap. successerunt, et ob vitae sanctitatem numero assumpti Sanctorum, in cyclo festorum orientalium saltem nonnulla cantica proprii habent officii et quo ad vitam et passiones distinctis celebrantur laudibus.

Inter illos, — qui in menologio Graecorum et consequentur etiam in editione menaei Romenorum graeco-ori-

²⁾ Singularum vocum explicationem graecamque denominacionem dedit Rsm. N. Nilles S. J. lib. de rationib. festor. etc. Wienae 1868. Conf. et Kalendarium manual. utriusq. Ecclesiae etc. ab eodem. Ed. Oenipont anno 1879, I.

romaniloru greco-orientali că și în editiunea năstră de Blasius nu numai, ci încă menologiul Greciloru și meneiul romaniloru gr. or. fiesce caruia î dedica și unu sineasariu separatu, — ocuru să urmatorii:

în 2 januariu	S. Silvestru
în 12 februarie	S. Leone
în 20 „	S. Agatone
în 12 martie	S. Gregorius
în 8 aprilie	Celestine
în 14 „	S. Martinu
în 17 „	S. Agapetu s. a.

Dar respicatu intarescu credinti'a despre primatulu s. Petru in specie acelea:

1 caru occuru în 16 januariu, candu se celebréza inchiziunea venerandei catene (fapt. ap. XII. 6) a santului și cu lauda preamaritului ap. Petru, unde cantandu beserică atâtu a năstră, cătu și a greco-orientaliloru și cea orientale greca în stichir'a a dou'a a oficiului dela inseratu cumca multe genti de a le paganiloru au primitu cunoscinti'a despre Domnedieu dela s. Petru, în stichir'a a trei' spune și cau'sa, pentru care au primitu acésta cunoscintia, dicandu: „Pre care l'ai negatu candu se judecă, pre acel'a, candu s'a scolatu din morti, l'ai laudatu Apostole; pentru că tu l'ai predicatu pre elu Domnedieu și omu pana la marginile pamantului.“ Cantandu apoi la marire cu Bizantiu și numindu pre „Petru temeliulu besericiei și pietr'a credintiei,“ lu fericescu cu urmatoriele cuvinte: „Bucura-te fierbente aparatoriu alu credintiei... și descuiatoriile alu imperatiei ceruriloru.“ Era în stichir'a a dou'a asia graiesce beserică cătră dinsulu: „Stralucesce caten'a ta Corifee pururea laudate că și unu sōre cerescu, prin care ne radicămu de la pamantul la inaltimea usielorū ceresci și la tene intielepte că la unu portariu prea stralucitū cu credintia venim, deci că cel'a ce porti chieile imperatii... cu indurare deschide nōue intrarea mantuirei, prea minunate.“ ¹⁾

¹⁾ Confr. synaxarium edition. maenei Cibiniens.

talium — supra citata — non solum iisdem, quibus in nostra editione Blasiensi, distinctis celebrantur laudibus, sed cuique ex illis Pontificibus separatum quoque dedicat synaxariun tum Graecorum menologium tum etiam Romenorum gr. or. menaeum, recurrent sequentes:

- | | |
|----------------|------------------|
| 2-a januarii | S. Silvester, |
| 12-a februarii | S. Leo. |
| 20-a „ | S. Agatho |
| 12-a Martii | S. Gregorius |
| 8-a Aprilis | Coelestinus |
| 14-a „ | S. Martinus |
| 17-a „ | S. Agapetus ect. |

Sed eloquenter fidem adstruunt circa s. Petri primatum speciatim ea:

1. quae occurunt die 16 januarii, qua adoratio venerandae catenae (act. ap. XII, 6) s. et eximia laude praedicandi Petri celebratur; ubi Ecclesia tum nostra, tum graeco-orientalium et orientalis graeca, quum secunda in vespertino officio stichira multas ethnicorum gentes a s. Petro Dei cognitionem accepisse caneret, tertia stichira causam dat hujus acceptae cognitionis his vespis „Quem negasti dum judicaretur, illum laudasti resurrectum Apostole, tu enim usque ad fines terrae praedicasti eum Deum et hominem.“ Gloriam dein cum Byzantio canens „Petro“ quem „Ecclesiae fundamentum fideique petram“ nominat, sequenti gratulatur eloquio: — „Ave propugnator fidei fervide..... et reserator regni coelorum.“ Secunda autem stichira sic illum alloquitur Ecclesia: „Elucet catena tua a Coryphaee semper laudate sicuti coelestis sol, per quem e terra in altitudinem portarum evehimur coelestium, et ad te sapientem sicuti ad illustrissimum cum fide accedimus janitorem; tu itaque qui claves gestas regni coelorum admirande, aperi nobis cum misericordia introitum salutis.“³⁾)

Mai pre urma in tropariulu de acolosi de la inseratu adauge: „Rom'a neparasindu la noi ai venit... cel'a ce ai fostu de cătu apostolii mai antanu pre scaunu siediatoriu.“

In oficiulu manecarei indémna beseric'a pre creditiosi la marturisirea creditiei cu urmatoriele cuvinte: „Pre piet'r'a domnedieescei tale marturisiri intariti fiendu, cel'a ce esti pre scaunu mai antanu siediatoriu, laud'a apostoliloru lui Christosu, cu creditia veneramu legaturele tale.“ „De trei ori lapedandu-te de Domnulu că de unu omu de diosu inaintea ucidiatoriloru de Domnedieu, nemica nu ai gresit din teologi'a ta cea de mai nainte, Petre.“

In canonulu alu doile alu poemei lui Iosifu adauge beseric'a urmatoriele pentru laud'a lui Petru: „Dintru adanculu insielatiunei venandu pre ómeni Petre, ca pre nesc pesci i-ai adusu aceluia, ce te a alesu pre tene dintre peseari adeveratu a fi mai antanu de cătu toti invetiacelii,“ si „pre temeliulu creditii sufletele toturor creditiosiloru le ai intaritu.“ Pentru „legile lui Christosu le-ai intaritu, si pre celi fara de lege legea cea buna i-ai invetiatu că unu mai mare alu apostoliloru si că unu temeliu alu dogmelor neclatit! In condacu lauda apoi pre Petru dîcandu: „Piétr'a Christosu, pre piétr'a creditiei, pre celu mai antanu de cătu invetiacelii pre scaunu siediatoriu lu-preamarcesc luminatu!“

In cantarea a patr'a maresce pre Petru cu acesta lauda. „Spunendu maririle Domnului, ai intorsu animele nepleticilor Judei la domnedieesc'a creditia că o temelia a creditiei“ si apoi in cantarea 5 contineau: „Asiédia prealau date radicarile inimiciloru si strica smentele besericiei unire redandu-i.“

In condaculu dela oficiulu matutinu provoca pre creditiosi se laude pre Petru cu urmatoriele cuvinte: „Pre celu mai mare si mai antanu de cătu apostolii, pre domnedieesculu invetiacelu alu adeverului, pre marele Petru se-lu laudamu.“ „Veniti o iubitoriloru de serbare cu buna onore pre celu antanu pre scaunu siediatoriu... se-lu incoronamur iertare de gresiele luandu“ éra in cantarea 7 adauge „Esindu

Tropario denique ibidem in vespertino officio canit:
„Romam non deserens ad nos venisti... qui apostolorum
primus sedem tenuisti.“

In matutino officio ad fidem profitendam Ecclesia fideles his inducit verbis: „Super petram divinae tuae professionis firmati, qui primus omnium apostolorum in throno sedens es, laus apostolorum Christi, — cum fide veneramur catenas tuas.“ „Etiamsi tribus vicibus negaveris Dominum tanquam hominem vilem coram Deicidis, nihil errasti a tua priori theologia, Petre.“

105.559-

In altero canone poëmatis Josephi ad glorificandum Petrum sequentia addit Ecclesia: „Ex abyssō fallaciae venando homines Petre, tanquam pisces adduxisti eos ad illum, qui te e piscatoribus elegit, ut vere primus sis omnium discipulorum“ et animas fidelium omnium super basim fidei condidisti.“ „Leges“ enim „Christi firmasti et scelestos tanquam apostolorum maximus et immobilis dogmatum basis, legem bonam (fidem veram) edocuisti.“ Kontakio dein sic laudat illum dicens: „Petra, Christus, clara effert laude petram fidei, (illum nempe qui) prae omnibus discipulis primus est in throno sedens.“

Quarto denique cantico hac laude extollit s. Petrum: Magnalia Domini exponens, obstinatorum Judaeorum corda tanquam fidei basis ad divinam fidem adduxisti“ et tunc cantico 5 sic prosequitur: „Seda itaque perlaudate hostium seditiones, tolle Ecclesiae errores unionem reddendo ei.“

In matutini officii kontakio fideles ad laudandum s. Petrum his verbis provocat: „Laudemus maximum et prae apostolis primum, div. veritatis discipulum, magnum Petrum“ „Agite o solemnitatis amatores, coronemus primum bono honore in throno sedentem.... peccatorum accipiendo remissionem.“ Cantico vero 7-o haec addit: E Palaestina tanquam e scena prodiens Christi apostolus Petrus, mundo praedicans,

din Palestin'a că și depre o scena apostolulu lui Christosu, Petru, după ce a predicat lumei, a morit în Rom'a cea vechia," și în cantarea 8: „Punetoriile alu legei, preamarite Petre, pastorile și invetiatorile alu turmelor lui Christosu, carele ti-a datu tîie chieile că se legi și se deslegi pecatele," „sfarma tarî'a contrarilor, cari se luptă cu noi." Era în urmatoriulu irmosu asia vorbesce beserică catra elu: „Că unu domnedieescu descuiatoriu alu imperaticei, deschide intrările acesteia celor ce cu credintia te lauda pre tine pre pamantu." „Impreuna cu Filiulu fiendu în Taboru ai meritatu a audî viersulu Parentelui, care l'a aretatu pre elu.... Petre!" La siedintia (sedelna) rechiama dup'ace'a în memoria cuvintele scripturei, dicandu: „Nu carneia, neci sangele, ci Parentele tî-a în uflatu tîie Petre Domnedieu a numi pre Christosu filiulu Parentelui, Domnedieului celui viu, pentru acést'a mai nainte te-a dîsu pre tene fericitu, și schimbandu ti numele te-a numită Petru, că o piétra tare și temeliu alu besericiei." Mai pre urma la laude cu urmatorile cuvinte se adresăza catra elu beserică: „Cu chie'a ai deschisu intrările ceresci, deschide-ne și nouă usiele, o apostole corifee, intielepte și deschidiatoriu alu portilor ceresci."¹⁾

Din cele aduse pana aci se vede destulu de luminat credinti'a besericiei nóstre despre primatulu slui apostolu Prtru. Dar cu multu mai elocuente suntu celea, prin cari marturisesce beserică or. credinti'a despre primatul la 29 iuniu — în serbatori'a santiloru apostoli Petru și Pavel; pentru că din nenumeratii tituli, prin cari recunoște în oficiulu divinu alu acestei dîle primatulu slui Petru mai tóte popórele orientali, nu se aréta altu ceva de cătu adeverat'a credintia a besericiei catolice. Numirile și epitetele, căte se atribuescu aicia santului Petru, tóte se reducă la primatul și la perpetuitatea lui. Santulu Petru se numesce în acelu locu: Piétra și fundamentu (*πέτρα καὶ ράβδος*) pietr'a credintiei (*ἡ π. τῆς πίστεως*), fundamentulu credintiei *ἡ κ. τῆς*

¹⁾ Pares verborum formulae inveniri possunt in reliquorum quoque orientalium *μηριαλοις*, quibus in hodierno officio fidem circa

Romae antiquioris (veteris) mortuus est," et cantico 8-o : „Legis pomens, pastor et docens gregum Christi, Petre magnificande," „qui claves contulit tibi ad ligandum et solvendum peccata." „contere vim hostium, qui pugnant contra nos." Subsequenti autem hirno sic illum alloquitur Ecclesia : „Tamquam divinus regni reserator, aperi hujus introitus illis, qui cum fide honorant te in terris." „Dum essemus cum Filio in monte Tabor, vocem Patris, qui illum monstravit, audire meruisti, Petre." Sedelna autem sequenti revocat in memoriam sacrae Scripturae verba : „Non caro nec sangvis inspiravit tibi Petre, sed Pater, Deum dicere Christum, Filium Patris, Dei vivi, idcirco prius beatum dixit te ipsum, et immutato nomine Petrum vocavit, velut firmam petram et fundamentum Ecclesiae;" et tandem ad laudes his illum alloquitur verbis : Clave reclusisti introitus coelestes, aperi januas nobis quoque o choryphaee, — apostole sapiens et reserator portarum coelestium.¹⁾)

Ex hucusque allatis sat clare elucet fides Ecclesiae nostrae circa s. Petri Apostoli primatum. Sed magis adhuc eloquentia sunt ea, quibus 29-a junii — in festo ss. Apostolorum Petri et Pauli fidem circa primatum profitetur orientalis Ecclesia; ex innumeris enim titulis, quibus orientalium fere omnes primatum s. Petri in divino officio hujus diei profitentur, nonnisi vera catholicae Ecclesiae fides hauriri potest. Nomina namque et epitheta, quae ibi s. Petro adtribuuntur, omnia ad primatum hujusque perpetuitatem referuntur. Dicitur ibidem s. Petrus: petra et fundamentum (*πέτρα καὶ χορηγίς*), petra fidei (*ἡ πέτρα τῆς πίστεως*), fundamentum fidei (*ἡ χορηγίς τῆς πίστεως*), princeps Apostolorum (*ὁ κορυφαῖος τῶν ἀποστόλων*), primus princeps Apostolorum (*ὁ κορυφαῖτατος τῶν*

primatum in universam Ecclesiam b. Petro collatum orientales profitentur populi, Confr. Nic. Nilles Kalend. manual. etc. T. I. p. 72.

πιστ). principele Apostoliloru (*ο κορυφαῖος τῶν ἀποστόλων*), prefectulu si presidele besericei *προστάτης καὶ πρόεδρος εκκλησίας*; presidele apostoliloru (*πρόεδρος τ. ἀποστ.*) primulu principe alu Apostoliloru (*προεξάρχων τ. ἀποστ.*) portatoriu de chiei alu gratiei *κλειδοῦχος τῆς χάριτος* portatoriu de chieile imperatiei ceriuriloru (*κλειδ. τῆς οὐρανῶν βασιλείας*).¹⁾

Dar' se lasamu la o parte cele straine, pentru ca neci ale nóstre nu le amu poté produce, déca amu voi se le recitamu tóte; de óra-ce chiaru si de câtu in beseric'a apuséna se vedu a sí mai multe documente, cari se referu la primatulu santului Apostolu Petru. Se vedemu ce voru se ne spuna meneiele nostre despre primatulu santului Petru la oficiulu santiloru apostoli.

La inseratulu celu micu dupa stichulu alu treile canticandu asia incepe beseric'a: „Datai intarire besericei tale Domne intarirea lui Petru,” éra la marire cu Germanu adauge: „Petre, mai marele preamaritiloru Apostoli si piétri credintiei.“ La inseratulu celu mare in stichulu primu celebréza serbarea Apostoliloru cu urmatóriele cuvante ale lui Andreiu Pyrhulu: „Cu ce corone de laude vomu incoroná pre Petru si pre Pavelu, pre celi despartiti cu corpulu si uniti cu spiritulu, pre mai marii predicatoriloru lui Domnedieu, pra acel'a (adeca pre Petru) cá pre principele Apostoliloru, éra pre acest'a (pre Pavelu) cá pre atare, care mai multu de câtu altii s'a truditu.“ Purcediendu apoi la marire cu cuvantele lui Ioanu monachulu, nu numai că numesce „pre Petru cunoscatoriu misterieloru“ ci aduce in memoria si conferirea primatului facuta prin Christosu, cantandu: „Pentru acést'a catra dinsulu Mantuioriulu (a disu): Pasce oile mele, pasce alegerea mea, pasce mnelusielii miei.“²⁾

Trecandu apoi la a dou'a stichira a lithiei cu cuvantele immografului Arseniu, numesce pre Petru „piétra si temelia“ era in stichir'a a trei'a folosindu cuvantele lui Ger-

¹⁾ Conf. N. Nilles Kalend. man. etc. T. I. p. 192—196.

²⁾ Editio euchologii nostri slavicis impressa caracteribus Alba-Juliae sec. XVII, itaque ante restauratam cum s. matre Ecclesia rom. unionem (Vid. notitiam nostram bibliographicam in

ἀποστόλων), praefectus et praeses Ecclesiae (προστάτης καὶ πρόεδρος ἐκκλησίας), praeses Apostolorum (πρόεδρος τῶν ἀποστόλων), primus princeps Apostolorum (προεξάρχων τῶν ἀποστόλων), claviger gratiae (κλειδοῦχος τῆς χάριτος), claviger regni coelorum (κλειδοῦχος τῆς οὐρανῶν βασιλείας).¹⁾

Sed omittamus aliena, quoniam nec in nostris adducendis vires sufficerent, si omnia in medium afferemus; plura enim esse videntur quam in ipsa occidentali Ecclesia, quae ad primatum b. Petri spectant documenta. Videamus quid mensualia nostra in officio ss. Apostolorum circa b. Petri primatum dictura sint.

In minori vespertino officio post tertium stichum sic exorditur canere Ecclesia: „Firmitatem dedisti Ecclesiae tuae Domine fortitudinem Petri,“ ad gloriam dein sic prosequitur cum Germano: „Petre, magnificorum Apostolorum maxime et petra fidei.“ In majoris autem vespertini officii sticho primo cum Andrea Pyrho his verbis celebrat Ecclesia festum Apostolorum: „Qualibus laudum coronis coronabimus Petrum et Paulum, divisos corpore et unitos spiritu, Dei praedicatorum maximos, illum (nempe Petrum) utpote Apostolorum principem, — hunc autem (Paulum) qua talem, qui ceteris plus adoperatus est.“ Ad golriam dein prosequens verbis Joannis monachi, „Petrum“ non solummodo „mysteriorum cognoscentem“ appellat, verum etiam primatus collationem per Christum factam in memoriam revocat, canens: „Quapropter Salvator ei (Petro dixit), Pasce oves meas, pasce electionem meam, pasce agnos meos.“²⁾

Ulterius dein procedens in secunda Lithiae stichira cum Arsenio hymnographo „Petrum“ vocat „petram et fundamentum,“ in tertia stichira verbis usa Germani „magni-

éphéméride „Transilvania“ an. 1882) pro „pasce electionem meam“ habet „attende electis meis, i. e. rationem habe elect. m.“ Conf. et edit. maen. Rom. gr. or. Cibin, T. Januar.

manu-lu dîce „mai marele maritiloru Apostoli“ si la marire cu Bisantiu „piétr'a credintiei“-lu numesce pre elu.

Dupa ce la stichire lauda beseric'a pre Petru că pre cel'a, ce chieile imperatiei ceriuriloru le-a primitu de la Christosu, alu caruia amicu prea de aprópe a fostu, in sie-dinti'a ce urmăza dupa stichir'a prima, cu aceste cuvinte lauda pre Petru: „Adunculu venatōrei lasandu din ceriu ai luatul dela Parentele domnedieesc'a descoperire a intruparei Cuventului, si cu tōta cutezarea ai strigatū catra Creatoriulu teu, alu lui Domnediu Filiu de o fientia te cunoscu pre Tene, pentru acēst'a dupa demnitate cu adeveratu te ai aretatū piétr'a credintiei si portatoriu de chieile darului, Petre Apo-stole.“

Mai pre urma in canonulu, ce se canta in onorea s. Petru, prin rostulu lui Ioanu Damascenu aceste cantari de lauda i le dedica beseric'a: „Se laudamu . . . astadi pre mai marele Apostoliloru.“ „Celu ce este mai 'nainte de se-culi, mai 'nainte cunoscandu-te, te a dispusu pre tene prea fericite Petre, că pre unu mai mare alu besericei si antanui pre scaunu siediatoriu.“ Nu corpulu, nici sangele ci Paren-te ti-a insuflatu tīe, Domnedieu a dice pre Christosu Filiu-lu lui Domnedieu celui prea inaltu, Apostole.“ Pre pietr'a teologiei tale a intaritu Domnulu Isusu beseric'a neclatita.“ Cătu este mai pre susu Petru cu corpulu de cătu angerii? că acelua i-a dīsu Chr. Domnedieu că vā fi judecatoriu intru venirea sa!“ „Tu credintiosiloru te-ai pusu piétra de temelia de multu pretiu in marginea anghiu lui, a Mantuito-riului si Domnului.“ „De ómeni venatoriu domnedieescu, precum a promisu Christosu, pre tene te-a facutu, tīe antanui incredintiandu-ti gubernarea besericei sale.“

„Datatoriulu de viatia Isusu.... carele ti-a datu tīe poterile sale a legá si a deslegá. Petre.“ . . .

Omitendu cele alalte, câte saru mai potē ceti in ofi-ciulu acestei dīle, fia de ajunsu déca vomu fí memoratu din sinacsariulu pusu la capetulu acestei serbatōrie singuru nu-mai acele, prin cari se dîce că s. Petru s'a numit u de catra Domnulu piétra, si dupa ce a predicatu evangeli'a in Iude-

ficorum Apostolorum maximum," in gloria cum Bysantio „petram fidei" dicit eum.

Postquam autem stichiris s. Petrum qua tales laudas-set, „qui claves regni coelorum acceperat a Domino, cuius proximus amicus fuerat, sedelna, quae sequitur post primam stichiram, sic s. Petrum laudat Ecclesia: „Profundum venationis deserens, coelitus a Patre accepisti divinam revelationem incarnationis Verbi, et omni audacia clamasti ad Creatorem tuum, Filium Dei consubstantialem novi te, idcirco merito vere fidei petra et gratiae claviger apparuisti (exististi), Petre Apostole."

In canone tandem, qui in laudem s. Petri cani solet, cum Joanne Damasceno sequentia elogia dedicat illi Ecclesia, „Laudemus... hodie Apostolorum maximum" „Qui ante secula est, antea noverat te, beatissime Petre, Ecclesiae te majorem constituit et primum in throno sedentem." Non caro, nec sangvis sed Pater inspiravit tibi Deum dicere Christum, Filium Dei altissimi, Apostole." „Super petram theologiae tuae constituit Dominus Jesus Ecclesiam immobilem." „Quanto superior est Petrus corpore praे angelis! illum enim dixit Chr. Dominus judicem futurum in adventu suo." „In margine anguli Salvatoris et Domini constitutus es tu magni pretii petra fundamentalis fidelium. „Quemadmodum promisit Christus, divinum te constituit hominum venatorem, tibi primo conferens gubernacula Ecclesiae suae."

„Vitae Largitor Jesus, qui potestates suas contulit tibi ad ligandum et solvendum, Petre..."

Omissis aliis, quae in officio hujus diei adhuc legi possent, e synaxario huic festo adnexo memorasse juvabit illa solum modo, quibus s: Petrus a Domino petra vocatus dicitur, et postquam evangelium in Iudea, Antiochiae et in Ponto, in Galathia et Cappadocia, in Asia et Bithinia praedi-

i'a, Antiochi'a si in Pontu, in Galati'a si Copadochi'a, in Asi'a si Bitini'a, a descinsu pana la Rom'a si fiendu că cu minunile a devinsu pre Simonu Magulu, restignitu pre cruce si-a terminatu viat'a sub imperatulu Nerone.

Din cele ce amu citatu pana aci din meneiulu nostru, atâtu de evidentu se arăta credint'a besericei or. despre primatulu s. Petru, iu câtu dupa ce se voru fi adausu si cele, ce voimu a le produce din meneiele altoru orientali, s'ar' vedé a fi superfluu de a mai prolungi lucrulu. — Inse dupace de acestea, referitorie la primatulu s. Petru, con-tienu si cele alalte carti chorali si alte carti de ale nôstre, — merita că la cele aduse mai in susu se mai adaugemu unele documente si din cele alalte carti spre intarirea acestei creditie.

Intre cele alalte carti de ale nôstre cea mai de aproape este autologiulu, explicat: florea cantariloru, dar' fiendu acesta carte in cea mai mare parte cuprinde in sene, pre langa rubricele necesarie, expserptele mai solemne din meneiu; citatiunile din dins'a se vedu a fi superflue. Ci totusi, că se nu apara că l'amu neglesu cu totulu, din cele multe, câte saru poté cită pentru noi, nu potem omite un'a, ce ocore spre laud'a s. Petru că primului Episcopu Romanu in editiunea nostra dela Blasiu (din an. 1781). Pentru ca la laude in 30 juniu canta beseric'a urmatorie: „Tu fundamentulu e. In mai de onore alu apostoliloru.. ai fostu Romei celei mai mari de câtu alte cetati — primulu Episcopu, si marirea, si laud'a, si besericei intarire.“ Se purcedemus acumu la expunerea testimonielor din alte carti.

2. Dupa meneiu urmeza triodulu, cuprindiendo in sene oficiulu divinu dela dominec'a publicanului si a fariseului pana la sambat'a mare; fiendu inse că si in acesta carte se cuprindu mai cu séma de acele, cari nu au de scopu singulariu oresi careva parte din oficiulu propriu. ci mai multu serbarea cumulativa a toturoru santiloru, si fiendu se spune cumca Nicofor Calistu ar' fi amestecat varie erese mai alesu in sinacsariele lui, de-si editiunile nostra nu s'aru vedé se fia plene de atari erese, — fia de ajunsu

casset, Romam usque descendit, et quoniam Simonem Magum miraculis devicerat, sub Nerone imperatore cruci affixus vitam finivit.

Ex illis, quae hactenus e menaeo nostro in medium attulimus, tam evidenter adstruitur fides Ecclesiae orientalis circa b. Petri primatum, ut, adjunctis, quae ex aliorum orientalium menaeis adhuc allaturi sumus, supervacaneum foret diutius huic inmorari rei. At ubi reliqui quoque per nos adhibiti chorales aliasque generis libri haud disimilia ad primatum b. Petri spectantia contineant, operae proetium erit, si superius adductis quaedam e reliquis quoque libris pro hac fide adstruenda adjunxerimus documenta.

Inter ceteros libros nostros menaeo proprius accedit anthologium i. e. florilegium, sed quoniam hic liber maxima ex parte solemniora e menaeo excerpta cum rubricis maxime necessariis exhibet; citationes ex eo superfluae esse videntur. At ne tamen penitus neglexisse videamus, ex multis, quae in rem nostram citanda forent, unum, quod in editione nostra Blasiensi (de anno 1781) in laudem b. Petri tamquam primi Romae Episcopi occurrit, omittere nullumus. Canit enim Ecclesia ad laudes 30-ma Junii sequentia: „Tu fundamentum Apostolorum maxime honoratum... Romae, ceteris civitatibus mojori, fuisti primus Episcopus, et gloria et laus, et Ecclesiae fortitudo.“ Procedamus nunc ad exponenda ex aliis libris testimonia.

2. Menaeum excipit Triodium, quod divinum officium complectitur a dominica publicani et pharisaei usque ad sabbatum sanctum; quoniam autem hic quoque liber potissimum talia continet, quae non in singulorum offici partem, sed in solemnitatem omnium sanctorum cumulatim finiunt, et praetera Nicephorus Callistus p̄aeprimis synaxaria ejus variis haeresibus depravasse traditur, quin etiam nostrae editiones talibus scateant haeresibus, hoc unum notasse sufficiet, quod ubi nomina 12 Apostolorum commemorari sole-

insemnarea că: unde se conmemoréza numele celoru 12 Apostoli, numele s Petru pre totundenea se afla pusu in loculu primu Asia de exemplu in irmosulu lui Teodoru Studitulu, joi in septeman'a a döu'a din paresime, si in alte locuri.

Acestu ordene-lu observa si cele alalte carti chorali, tóte, precum e octoechulu (*οκτώχος*) in stichir'a Apostoli-loru miercuri la inseratu. — Acel'asi ordene se urmează si in sinacsariulu din neneiu la 30 juniu, unde se celebréza memori'a celoru 12 Apostoli ai lui Cristosu si alt.

Dupa triodu vine alta carte chorale, carea urmandu midilocitu triodului, contiene oficiulu chorale din diu'a pasciloru pana la dominec'a toturoru santiloru, care e prima dupa rosalie (pentecostes), de unde si-a luat numele de pentecostariu; dar' fiinduca si acest'a are multe despre cari se spune că Leone Alatiu le ar' fi carpatu si notat cu stilulu de censura,¹⁾ cu tóte că contiene unele, ce aru poté se cuprinda locu si in opulu nostru, nu-lu atingemu mai de aprópe. Ci inainte de ce amu trece la alte carti, amu aflatu de necesariu că se nu trecemu cu velearea carteia liturgica-chorale, ce in comune se dice patimieriu, cu cuventulu slavonu — *stranicu*, si cuprinde oficiulu divinu mai pre lungu, in beseric'a or. desemnatu numai pentru septaman'a cea mare, si cuprindiendu locu in midilocu, léga pentecostariulu de Triodu.

Aici in sinacsariulu de miercuri dupa ce s'ar' fi re'ntorsu Domnulu de la loculu, unde se departase că se róge pre Parentele seu celu cerescu, se aréta că a revenit la invetiacieli ingreunati de somnu si a dîsu catra Petru: „Neci o óra nu ati potutu priveghiá pentru mene.“ In od'a a 8-a poem'a lui Cosm'a de joi de la manecare, canta apoi beseric'a: „Invetiaceliloru ai dîsu Christóse, aruncati somnulu de pre lumin'a ochiloru si priveghiat la rogatiune, că se nu pieriti intru ispita, dar' mai cu séma tu Simóne, pentru ca celui mai tare este ispit'a mai mare.“ In trópariulu din óra

¹⁾ Nic. Nilles op. c. p. XLVIII.

ant, s. Petri nomen ubique primo loco collocatum invenimus. Sic in hirno Theodori Studitae feria V-a secundae hebdomadis in quadragesima, et alibi.

Hunc ordinem servant reliqui quoque libri chorales omnes; e. g. octoēchus (*οκτώηχος*) in stichira Apostolorum fer. IV. in vespertinis. Idem ordo sequitur etiam in synaxario menaei ad 30-am junii, ubi memoria celebratur 12 Apostolorum Christi etc.

Post Triodium alius sequitur liber choralis, qui subiectus Triodio officium complectitur chorale a die paschatis usque ad dominicam omnium Sanctorum, quae est prima post pentecostem, unde etiam nomen habet pentecostarii; sed quoniam hic quoque multa complectitur, quae Leo Allatius carpsisse et virga censoria notasse fertur,¹⁾ quamvis nonnulla in nostrum opusculum transferanda complecti possit, proprius non accedimus. Priusquam autem ad aliud librorum genus pervenire liceret, non praetereundum esse duximus librum liturgico choralem, qui vulgo liber passionis sive patimieriu, — slavica voce *strasnicu* dicitur, et in Ecclesia orientali prolixius complectitur officium divinum s. sive majori hebdomadae exclusive designatum, mediumquae tenens locum, pentecostarium Triodio subjungit.

Dar' aceste cu atâtu suntu mai demne de insemnatu, cu câtu e mai multu constatatu, precum spune scriptorulu arm. — că se afla nu numai la catolici, ci si la armeni schismatici suntu in usu constante, si se conserva cu multa diligentia recitandu-se intru asemenea si de catra schismatici.

E chiaru asia dara că credinti'a despre primátulu conferit u s. Petru atâtu la noi câtu si la sirocaldei si armeni este universale. (Mai multe déca voesci poti afla la acelasi scr. arm. o. c. p 34 si urm)

Dupa ce credem u cumca amu fi ajunsu cu propusulu nostru pana acolo, unde din argumentele nóstre si ale altoru orientali culese din cartlle besericesci, se fi demustratu de ajunsu credinti'a din intréga beseric'a despre primatulu conferit din institutiune domnedieesca s. Petru, numai un'a ni se pare că ar' mai restă: că se cercamu si versiunile cartiloru slavice precum si scriptele date la lunina de barbatii natiunei slavice. Dar' fiendu că nu ne este data de a poté strabate in cerculu limbei slavice, indestulésca-se bunulu lectoriu cu indegetare la aceli barbati, despre cari se spune cumca aru fi coadunatu cele aci referitorie din versiunile slavice; acesti'a se potu vedé la Claris. Nic. Nilles in op. cit. Ci acést'a impregiurare nu detrage nemic'a din

Exstat tandem apud Armenos specialis liber nomine *Dagharan* vel *Canzaran*, qui melodias continet diebus festis speciatim legendas, ubi sequentia inveniri possunt: „Petrus et Paule christianorum gloria, magna est hodie vestra festivitas in urbe Roma.“ „quorum unus tu, Petra angularis Ecclesiae positus es, alter super te aedificabat homines,“ et alio loco: „Gratia tua coelestis velut fulgor in animum Simonis illapsa, aedificat templum tribus in partibus totius mundi, in Asia, Lybia, Europa.“ Est enim „Praesidens chori Apostolorum, caput gregis electi, thronum tenens tuum, Petrus admirabilis, petra fidei, caput Ecclesiae, et Petra, fundamentum immobile, Princeps electae classis, primus profitens unctum Deum, Petrus apostolus.“

Sunt autem haec eo magis notatu digna, quo certius constat — prout scriptor arm. fert, — non solum apud catholicos, — verum etiam apud armenos schismaticos in constanti usu inveniri magna cum diligentia conservari et identidem ab iisdem schismaticis legi. Palam est itaque fidem, circa primatum b. Petro collatum tum apud nos, tum etiam apud Syrochaldaeos et armenos esse universalem. (Plura si vellis, vid. apud eundem scriptorem arm. op. c. p. 34 et ss.)

Cum jam propositum nostrum exsecuturi eo pervenissent, ut argumentis e nostris aliorumque orientalium populorum eccl. libris decerptis fidem circa primatum b. Petro collatum in universam Ecclesiam divinitus traditum demonstrasse censeamus, restare adhuc videtur; ut slavicas librorum eccl. versiones scriptaque per slavicæ nationis viros in lucem edita consulamus. Quoniam autem slavicum idioma proprius accedere posse nobis datum non est, sufficiat inviasse candidum lectorem ad eos, qui ex slavicæ nationis viris hanc in rem ex versionibus slavicis plura collegisse feruntur et qui videri possunt apud Clariss. Nic. Nilles op. cit. Sed hoc minime officit, quomimus fides circa primatum a Domino traditum in or. Ecclesia pro universali

universalitatea credintiei besericei or. despre primatulu conferit u de Domnulu, pentru că cartile nóstre bes. si rituali suntu traduse parte din grecia, parte din slavonia in seculu XVI si XVII. asia dara inainte de a se fi restauratus. uniune incercata la Florentia; deunde de sene urmează că nu are se difereze contectulu acelor'a, din cari fura traduse cartile nóstre; er' déca totusi s'ar' observá asia ceva, credemu că acésta impregiurare ar' fi de a se atribui ne suintieloru schismatice de a face se decada credint'a catolica si de a detiené pre betranii nostri separati de s. m. beserica, pre cumu se vá vedé mai in diosu.

§. V. Unii, cari, mai alesu dintre ai nostri, apropiandu-se de materia au tractatu despre primatu ori pre de asupra, ori cu propusu.

1. Dupa ce nu potemu avé la mana din cartile toturorou orientaliloru, nici nu potemu a ne intinde la tóte, fia de ajunsu, déca urmându pre scrietori mai eesperti in luce rulu acest'a, vomu fi luatu citatiunile nóstre din scriptele loru. Dintre occidentali prea multu se vede că a desudatu in acestu lucru Claris. si prea invetiatulu Nicol. Nilles din societatea Iesuitiloru dr. de s. teolog. si de ss. canone si profesoru p. o. alu acestor'a la universitatea enipontana, carele prin edarea calendariului manuale alu ambelorou beserice — si-a castigatu mari merite pentru beseric'a orientale, pentru a cercatu si urmele referitóre la acestu obicstu, scurtandu nu numai monumentele uneia seau alteia parti din beseric'a orientale ci scrisóriele mai multor'a, si le-a coadunatu in döue volume in limb'a latina, pre care fiindu că o precepu mai multi, a deschis u o cale mai usiora pentru ajungerea la ele.

Din cartea acésta, precum si insemnasemu din meniu nrostru, — se pote chiaru cunóisce credint'a universale a besericei orientali despre primatulu conferit u s. Petru, pentru ca acestu primatu grecii si celi alalti orientali-lu profeséza că si noi in oficiele cele domnedieescii prin multe formule de cuvante, folosindu in conmemorarea s. Petru formule de asemenea valóre. Asia in conmemorarea venerandei

sit habenda; nostri enim eccl. et rituales libri, partim e graeco, partim vero e slavico in romanicum translati sunt sermonem, et quidem seculo XVI-o et XVII-o, — adeoque ante restaurandam s. unionem Florentiae tentatam; unde reapse sequitur, contextum illorum, e quibus nostri translati fuere, non differe debere; quod si tamen locum obtinere contigerit, hoc, historia teste, non nisi conatibus schismaticorum fidem cath. labefactandi nostrosque majores in separatione a s. matre Ecclesia retinendi' adtribui debere contendimus, quemadmodum inferius videbitur.

§. V. Nonnulli qui praecipue e nostris vel obiter, vel vero ex proposito rem aggressi de primatu disseruerunt.

1. Cum non omnium orientalium libros pae manibus habere possimus, nec omnes adire nobis datum sit, sufficiat si alios huius rei expertiores secuti scriptores, ex horum scriptis nostras desumpserimus citationes. Inter occidentales permultum desudasse videtur in hac re Clarissimus et insigni praeditus eruditione Nic. Nilles, S. J. s. theologiae et ss. cauonum Dr. horumque in regia universitate oenipontana professor p. o., qui edito kalendario manuale utriusque Ecclesiae, de orientali Ecclesia magna sibi aquisivit merita; non enim unius alteriusve tantum orientalis Ecclesiae partis monumenta, sed plurium scrutatus scripta, vestigia huc quoque spectantia indagavit et latina lingva, pluribus accessibili, in duo collegit volumina, facilem et patentem parans aditum.

Ex hoc libro clare colligi potest, sicuti jam e nostro menaeo notavimus, universalis or. Ecclesiae fides circa primatum b. Petro collatum, hunc enim primatum graeci reliqui que orientales, non minus ac nos, in suis divinis officiis multis verborum profitentur formulis, quum in commemoratione s. Petri aequae validas adhibeant verborum formulas. Sic in commemoratione venerandae catenae b. Petri 16-a januarii

catene a s. Petru la 16. januariu numescu pre acestu apostolu „basea besericei si fundamentulu credintiei, temelia nemisicata a dogmeloru, primulu Apostolu, care siede pre scaunulu celu de antaniu dintre apostoli, éra tronulu lui-lu numescu scaunulu credintiei.“¹⁾

Totu atâtu de valide suntu si documentele din serbatória apostoliloru Petru si Pavelu de la 29 juniu, de unde, din nenumeratii tituli, ce ocuru acolo, lasandu la o parte cele citate si din meneiulu nostru, reproducem numai urmatóriile atribuite ale fericitului Petru. In loculu acest'a se dice s. Petru: *rostulu apostoliloru si alu invetiaceliloru, column'a besericei, tari'a credintiei, pescariulu lumei, carele din profundimea eroriloru a dusu genulu nostru la ceriu; capulu acelei familie, prefectulu a totu pamantulu.*²⁾ In cantecele de la aceasta serbatória lauda beseric'a pre Petru că pre „primulu principe alu apostoliloru, prefectulu si presidele besericei, portatoriulu chieiloru imperatiiei ceriului si alu gratiei.³⁾

2. Din cele produse pana aci din cartile nóstre si ale altoru orientali se aréta apriatu, cumca beseric'a orientale a pestratu neclatita credint'a despre primatulu conferit de D. Christosu s. Petru preste intréga beseric'a. Dar' că se nu apara cumca aducandu argumente pentru probarea luerului amu fi neglesu cu totulu pre ai nostri, vă fi cu cale a amentí pre unii baremi intrécatu. Er' că se observamu si in citarea acestor'a ordenele chronologicu, aducem in loculu primu pre Ecscelentisimulu in pietate defunctulu Archieppu si Metropolitu de Alba-Iuli'a,⁴⁾ carele in opulu

¹⁾ Ή κοητίς τῆς ἐκκλησίας καὶ ἡ πέτρα τῆς πίστεως, δογμάτων βάσις ἀσείστος, ο πρωτόθρονος τῶν ἀποστόλων, ἐδρα τῆς πίστεως ο. ε. p. 72. T. I.

²⁾ Τὸ στόμα τῶν ἀποστόλων δ στύλος τῆς ἐκκλησίας, τὸ στέρεωμα τῆς πίστεως, δ τῆς δμολογίας θεμέλιος, δ τῆς οἰκουμένης ἄλιενς, ο τὸ γένος ἡμῶν ἀπὸ τοῦ βυθοῦ τῆς πλανῆς εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναγονταν, η κεφαλὴ τῆς φυρίας ἔχεινης, ο τῆς οἰκουμένης ἀπύσης προστάτης. ib. p. 193, 194.

³⁾ Τὸν κορυφαῖστατον τῶν ἀποστόλων, τὸν προστάτην καὶ

nuncupant hunc Apostolum „basim Ecclesiae et fidei fundamentum; dogmatum basim immobilem. primum Apostolorum, primam sedem tenentem inter Apostolos, sedemque illius sedem fidei dicunt.¹⁾

Non minus valida documenta habentur etiam in festo Apostolorum Petri et Pauli 29-a junii, unde, praetermissis illis, quae jam e nostro superius allata sunt menaeo, ex innumeris ibidem occurrentibus titulis, quae beato Petro adtribuuntur, sequentia tantum modo excerpere satagimus: Dicitur hoc loco s. Petrus: *Os Apostolorum atque discipulorum, columna Ecclesiae firmamentum fidei, confessionis fundamentum, orbis terrarum piscator, qui genus nostrum e profundis errorum in coelum adduxit; caput illius familiae, orbis totius praefectus.*²⁾ In canticis hujus festi laudat illum Ecclesia tamquam „primum principem Apostolorum praefectum et praesidem Ecclesiae primum principem Apostolorum, clavigerum regni coelorum et gratiae³⁾

2. His, quae hactenus e nostris reliquorumque orientalium libris ecclesiasticis adduximus, palam conficitur Ecclesiam or. inconcussam servasse fidem circa primatum a Christo Domino b. Petro in universam traditum Ecclesiam. Ne autem in adducendis pro re probanda argumentis nostre omnia neglexisse videamus, juvabit nonnullorum saltem in transitu meminisse. Ut autem in his adducendis ordinem servemus chronologicum. afferemus primo Excellentissimum piae memoriae Archiepiscopum et Metropolitam Alba-Julensem, qui opusculo suo⁴⁾ quamvis exiguo, egregio tamem mo-

πρόεδρον ἐκκλησίας; πρόεδρον τῶν ἀποστόλων, κλειδούχον τῆς οὐρανῶν βασιλίας καὶ τῆς χάριτος. ib. p. 149.

⁴⁾ Catechismulu in care se aréta si se dovedese din ss. scripture, din ss. parenti si din pravilele ss. sinóde si din cartile besericiei resaritului adeverulu creditiei s. uniri cu apostolie'a beserica a Romei — compus si datu la lumina de Ecesentia'sa Preasantitulu Parente Alecsandru Sterca Siulutiu A.-eppulu si metropolitulu Albei-Julie. Blasius 1857.

seu scurtu dar' ecscelente, din scriptele ss. parenti orientali si din cartile nóstre besericesci si canonice, aréta credintia despre primatulu s. Petru si alu Pontificilor romani, precum si despre cele alalte puncte dogmatice, pre cari besceric'a nóstra orientale catolica, radimandu-se pre santele scripture, pre vechi'a traditiune a parentilor si pre documentele, ce se afla in cartile nóstre besericesci, — dupa ce a lapedatu schism'a, care nevalise asupr'a unoru popore orientali dela conciliulu florentinu in cōce, si le tienuse de parte de sinulu s. mame beseric, dela restaurat'a uniune le conserva cu santetate.

Nu repetímu argumentele cu cari si-a adornatu ecselfentisimulu Archiereu opuscululu seu aretandu credintia cat., ci indrumandu pre benevoitorulu lectoriu la dinsele, fia de ajunsu, déca vomu fi atinsu numai modulu, prin care probéza din ratiune, unde eclesiarchulu nostru ratiocinéza in urmatorlulu modu, (pag. 17.): „Fundandu Domnulu nostru Isusu Christosu sant'a sa besceric, netrecutu a fostu de lipsa cá acelei'a, cá unei societati prea bene organisate si latite preste tota facia pamentului, se-i puna si capu vediutu, carele se-o guberneze si se-o indrepte, si de care se fia detori a ascultá toti creditiosii, si prin acést'a se se conserve in besceric'a lui Christosu unitatea creditiei si pacea. Pentru ace'a neci nu se pote crede că Domnulu nostru Isusu Christosu ar' fi lasatu besceric'a sa fara de capu vediutu pre pamentu, pentru că omenii de in natur'a loru cea alunecóasa asia suntu dispusi, cá neci o societate din lume, ori cătu de santa se fia, se nu pote subsiste pana la capetulu seculiloru, ci se se disolve si se se desfacă, déca nu va ave capu vediutu. Că si acele societati, cari au capu vediutu, cadu si pieru, déca nu se supunu la acest'a, precum invederatu aréta tristulu ecsemplu in desbinarea bescericiei orientali de la besceric'a apuséna.“

„Că si scoterea lui Israele din Egiptu si besceric'a legei vechie e, dupa cumu dicu ss. parenti, icon'a si tipulu bescericiei lui Christosu, seau a legei nōne; dar' cu téte că Domnedieu a scosu pre Israele din Egiptu cu mana tare si

do e scriptis ss. Patrum orientalium atque ex libris nostris ecclesiasticis et canonicis adstruit fidem circa b. Petri romanorumque Pontificum primatum et circa reliqua dogmatica puncta, quae Ecclesia nostra orientalis catholica — innixa ss. scripturis, veteri traditioni patrum et documentis, quae exstant in libris nostris ecclesiasticis. — ejurato schismate, quod inde a concilio florentino nonnullos orientales populos invaserat, et a sinu s. matris Ecclesiae procul tenebat, — restaurata unione, sancte conservat.

Non repetimus argumenta, quibus excellentissimus prae-sul in adstruenda fide cath. opusculum suum adornavit, sed inviato benevolo lectore ad illa, sufficiat si solummodo rationis probandi modum attigerimus, quo noster Ecclesiarcha sic ratiocinatur (pag 17): Dum Dominus noster Jesus Christus suam sanctam Ecclesiam fundaret, tamquam societati optime organisatae et super faciem terrae dispersae caput quoque visibile eidem praefecisse necesse erat, quod illam gubernaret et dirigeret, cuique omnes fideles obedere teneantur, atque hac ratione in Ecclesia Christi unitatem fidei et pacem conservent. Idcirco nec credi potest Dominum nostrum Jesum Christum Ecclesiam suam in terris capite visibili destitutam reliquisse; homines enim ipsi a natura labente ita dispositi sunt, ut in mundo nulla, quamvis sanctissima societas, ad finem usque seculi persistere queat, sed dispergi et dirui debeat, si visibili destituta fuerit capite. Nam etiam illae societates, quae visibile habent caput, si huic non obediunt, diruuntur et intereunt, quem admodum triste sane exstat exemplum in orientalis Ecclesiae scisione ab occidentali Ecclesia.“

„Eductio et enim Israëlis de Aegypto et Ecclesia veteris legis juxta ss. patrum doctrinam, imago est et typus Ecclesiae Christi, sive novae legis; at quamvis Deus manu forti et excuso brachio, Israëlem de Aegypto eduxerit et

cu braciu inaltu, statorindu in estu modu legea vechia si facandu-se Domnedieu insusi capu nevediutu alu vechiului asiediamantu, totusi a pusu mai mare preste Israele si preste beseric'a cea vechia pre Moise si pre Arone si pre urmatorii loru, gubernandu prin acesti'a, ca prin nesce capete vediute mai mari si mai principali — beseric'a din legea vechia si pre poporulu alesu. Cene ar poté crede asia dara ca singuru Domnulu nostru Isusu Christosu se fi lasatu beseric'a sa desiérta, fara de gubernatoriu si fara de capu vediutu in lumea acést'a? Unde ar fi ajunsu beseric'a lui Christosu in midiloculu a atâtea eresuri câte sau radicatu, déca ar fi fostu fara de capulu, carele se conserve unitatea credintiei si se apere pre propugnatorii credintiei persecutati de eretici? pre cumu facu Patriarchulu Romei luandu asuprasi aperarea santului Atanasiu s. Flavianu, Ioanu Chrisostomu si a altor'a."

„Adeverulu, dreptu ace'a, cumca a fostu capu vediutu si mai marele besericei lui Christosu intre apostoli Petru si dupa elu urmatorii lui, cari suntu patriarchii de la Rom'a cea vechia, l'a crediutu si marturisit u totu de-un'a beseric'a orientale si santii Parenti ai aceleia.

3. In modu eclatantu si cu asemenea eruditiiune com-próba credinti'a despre primatu si modernulu A.-eppu si metropolitu alu Albe-Iulie Ecselentis. Domnu. Dr. Ioane Vancia,¹⁾ carele in ecselentulu seu opusculu vorbindu despre constitutiunea besericei si despre sinode, dîce (la p. 63 si urm.) „Domnulu nostru I. Christosu afara de ace'a, ca numai Elu singuru a asiediatu si a constituitu beseric'a si respective ierarchi'a, si ac'ea numai din pucini alesi de Elu, totusi si in corporatiunea acea compusa numai din pucini, ca se reprezentez principiulu unitatiei supreme divine, de la care este asiediata ace'a, a constituitu unu capu supremu, caruia singuru i-a conferit u potestatea suprema preste toti in tota beseric'a. Asia a datu poterea acést'a suprema s. Petru Apostolulu, pre carele:

¹⁾ Dialogu despre constitutiunea besericei si despre sinode —

veterem legem statuerit, atque hoc modo Deus ipse Israëlis et veteris legis invisibile caput exstiterit, praefecit tamen Israëli et veteri Ecclesiae caput et gubernatorem Moysem et Aaronom et illos, qui eis successerunt; et per hos tamquam per majora principalia capita visibilia gubernabat veteris legis Ecclesiam et populum electum. Quis posset itaque credere solum Dominum n. J. Christum destituam gubernatorem et capite visibili, adeoque desertam in mundo reliquisse Ecclesiam? Ad quid enim redacta fuisse Ecclesia Christi inter tot, quot emerserunt haereses, si destituta fuisset capite, quod unitatem fidei, fideique propugnatores ab haereticis persecutos defenderet et conservaret? quemadmodum Patriarcha Romae s. Athanasium, s. Flavianum Joannem Chrysostomum et alios defendendos suscepérat.“

Veritatem itaque, fuisse inter omnes Apostolos caput visibile coryphaeumque Ecclesiae Christi s. Petrum et successores ejus, qui sunt Patriarchae Romae veteris, — semper credidit atque professa est Ecclesia or. et ss. or. Ecclesiae patres.

3. Praeclare parique eruditione comprobat fidem circa primatum etiam hodiernus Alba Juliensis A.-eppus et metropolita, Excellentissimus Dominus Dr. Joann. Vancia,¹⁾ qui ubi in excellenti suo oposculo de constitutione Ecclesiae et de synodis dissereret, (pag. 63 et ss.) sic prosequitur: Praeter ea quod Christus Dominus ipse solus fundavit Ecclesiam et constituit hyerarchiam, atque hanc e paucis tantum constituit, in hac tamen e paucis composita corporatione — ut principium supremae divinae unitatis representaret, a quo eadem fundata est, caput posuit supremum, cui soli in omnes et in totam Ecclesiam supremam contulit potestatem. Hanc autem supremam potestatem Petro dedit apostolo, quem:

1 l'a pusu de fundamente besericiei sale, că, pre cumu fundamentulu cu tari'a sa sustiene si direge soliditatea edificiului, asia s Petru se sustienă si diréga tari'a besericiei lui Christosu. Lui i-a dîsu (la Ev. Mat.) Si eu-ti dicu tie, că tu esti Petru.“ . . . si c. a.

2. Lui i-a datu potere preste intréga beseric'a, dandu-i lui singuru chieile imperatiei ceriurilor, că se lege si se deslege si dicandu-i (la s. Mat.) Si voiu dă tîie chieile . . . si c. a.

3. Isusu Christosu a pusu pre s. Petru de pastoriu preste tóta turm'a sa, care e beseric'a, dicandu-i (la s. Ioan) „Pasce mnelusielii miei . . . si c. a.

4. Domnulu n. I. Christosu s'a rogatu numai pentru s. Petru că se nu-i scada cerdint'a, si lui singura i-a datu dreptu si potere de a intari pre fratii sei.“

„Asia dara D. Christosu cu vertutea tecstului de sub punctulu 1, i-a datu s. Petru dreptu si potere suprema in magisteriu dechiarata *per eminentiam*; cu vîrtutea tecstului sub punctulu 2. dreptulu si poterea suprema in ministeriu, cu vîrtutea tecstului de sub punctulu 3. dreptu si potere suprema in regimulu sau gubernarea besericiei intregi si cu vîrtutea tecstului de sub punctulu 4. i-a datu dreptu si potere suprema de osebi preste toti fratii, membrii ierarhiei, Si acestea tóte le-a conferit u s. Petru *specialiter si per eminentiam* fara neci o privintia la ace'a, că poterea data in comune toturorou apostolilor si s. Petru i-sa datu cu celoru alalti de impreuna.“

„Cumca s. Petru asia a intielesu, precum a voitu I. Christosu, carele l'a pusu de capu besericiei sale, se vede“ din tóte faptele s. Petru, carele s'a portat u si s'a aretat u că capu alu besericiei..

Er' dupa ce Ecs. presule pentru probarea celoru, ce le recitasemu pana aci, reléga pre cetitoriu la ss. scripture, unde se afla cele facute de s. ap. Petru, produce din ss. parenti cinci din testimoniele cele mai poterice, pre cari

1-o fundamentum Ecclesiae suae posuit, ut quemadmodum fundamentum robore suo aedificii soliditatem sustinet et dirigit, ita s. Petrus fortitudinem Ecclesiae sustineat et dirigat. Dixit enim (ap. s. Ev. Matth.): Et ego dico tibi, quia tu es Petrus etc.

2-o Petro contulit potestatem in universam Ecclesiam, tradens ei soli claves regni coelorum ad ligandum solendumque et dicens ei (ad s. Matth.): Et tibi dabo claves etc.

3-o Jesus Christus constituit s. Petrum pastorem universi sui gregis, qui est Ecclesia, dicens ei: (s. Joan.) Pasce agnos meos.

4-o Dominus n. J. Christus pro Petro solo oravit ut fides ejus non deficeret, et illi soli tradidit jus et potestatem confirmandi fratres suos.

Virtute itaque textus 1. Christus Dominus tradidit s. Petro jus et potestatem supremam magisterii per eminentiam; virtute textus e puncto 2-o: jus et supremam potestatem ministerii; virtute textus puncti 3-i: jus et supremam potestatem regiminis sive gubernationis in universam Ecclesiam; virtute vero textus e puncto 4-o: dedit ei seorsim jus et potestatem supremam in universos fratres, membra hyerarchiae. Haec autem omnia tradidit s. Petro specialiter et per eminentiam, non considerato eo, quod potestatem traditam omnibus Apostolis communiter, s. Petrus simul etiam cum ceteris habuerit Apostolis.

Hoc autem s. Petrum animo ita perceperisse, quemadmodum J. Christus voluit, qui eum caput Ecclesiae suae constituerat, apparet ex omnibus factis s. Petri, qui tamquam caput Ecclesiae se se gesserat atque ostenderat.

Postquam autem Excellentissimus Praesul ad probanda haec, quae hucusque ex. opusculo recitavimus, ad sacras scripturas, ubi res gestae s. Petri Apostoli exstant, lectorem relegasset, quinque e ss. Patribus producit testimonia firmis-

nu aflamu de lipsa a le produce aci, pentru ca le reservamu pentru altu locu din opulu nostru,¹⁾)

In urma in modu preclaru si maretiu e probatu primatulu sumului Pontifice Rom. in cerculariulu pastorale alu modernului Eppu Armenianopolitanu ,Ilustrisimulu D. Dr. Ioane Szabó, carele diserendu despre notele, cu cari are se fia indiestrata beseric'a lui Christosu, pentru de a comprobá prerogativele besericiei Romane, aréta cumca Pontificele Rom. este nu numai Pastoriusu, Piétra si fundamentu necletitu alu besericiei, ci cu argumentele cele mai grave dovedesce si ace'a, că Pontificelui Rom. i s'a concrediu de la Domnulu potere preste intréga beseric'a, dandu ise in grigia de a conduce si besericile particularie, a pasce oile si mnelii, gubernandu adeca pre creditiosi is si pre prepusii acelor'a.

Caci fiendu fundata beseric'a de Domnulu Christosu cu scopu de a se mantui in dins'a si prin dins'a toti ómenii din toti seculii prin marturisirea creditiei in invetiatur'a lui Christosu, Domnulu nu a potutu fundá neci a lasá beseric'a lipsita de capu; dreptu ace'a, pana ce a fostu Elu prepamentu, insusi a fostu capu vediutu besericiei sale, — éra cu inaltiarea sa la ceriu a pusu mai mare besericiei pre s. Petru, pre carele alegandulu din celi doispradiece apostoli, i-a datu lui potere de a legá si de a deslegá, pentru ca lui Petru i-a incredintiatu chieile imperatiei ceriuriloru.

E chiaru asia dara că beseric'a adeverata si singura mantuitória este ace'a, care e edificata pre Petru, si in care e potestatea de a legá si deslegá, ce se conferise lui Petru; pentru ca viéza Petru prin succesorii sei legitimi, cari suntu Pontificii Rom. si cari posiediendu ace'asi potere de a legá si a deslegá, o ecsercita cu dreptu deplenu din institutiunea lui Christosu.

Martori acestui adeveru, pre cari i produce Ilustrisimulu Eclesiarchu, suntu nu numai santii Parenti ai besericiei orientali, că s. Ioane Chrisostomu, Cirilu Alexandrinulu

¹⁾ Inter alios, qui ex notris de hac re scripserunt, fuit etiam Illustrissim. Joseph. Papp Szilágyi Eppus M. Varad. Cathechismulu

sima quae, quoniam inferius allaturi sumus, hic in medium affere non est necessarium.¹⁾

Praeclare tandem atque egregie comprobatus est Summi Rom. Pontificis Primatus in litteris pastoralibus moderni Armenopolitani Praesulisi, Illustrissimi Joannis Szabo, qui, ubi de characteribus, quibus Ecclesia Christi insignita esse debet, dissereret, ad illustrandas comprobandasque Rom. Ecclesiae prerogativas, — Pontificem Rom. non solum uti Ecclesiae Universae Pastorem, Petram et fundamentum inconcussum celebrat, — verum etiam in universam Ecclesiam potestatem, omnesque particulares ecclesias regendi, oves et agnos, adeoque fideles horumque praepositos pascendi et gubernandi curam a Domino Petro comissam esse — gravissimis — comprobat argumentis.

Fundata enim cum sit Ecclesia a Christo Domino ideo, ut omnes omniumque seculorum homines fidei in doctrinam Christi confessione in Ecclesia et per Ecclesiam salvi fiant, Dominus eam capite destitutam fundasse et reliquise non potuit; quapropter quousque ipse in terris fuit, Ecclesiae sua Caput visible exstitit, cum sui vero in coelum ascensu praepositum ei constituit s. Petrum, quem e duodecim apostolis elegit, et ligandi solvendique potestatem ei contulit, claves enim regni coelorum Petro comisit.

Clare itaque efficitur veram solamque salvificam Ecclesiam esse eam, quae super Petrum aedificata — et in qua potestas ligandi et solvendi Petro collata est; ibi namque s. Petrus vivit per suos legitimos successores, qui Romani sunt Pontifices, quique eandem, quam Petrus ligandi solvendique potestatem possident atque pleno jure ex divina Christi institutione exercent. Hujus veritatis testes, quos Illustrissimus Ecclesiarcha producit, exstiterunt non solummodo ss. Orientalis Ecclesiae Patres, uti s. Joannes Chrysostomus, Cyril. Alexandrinus et in numeri alii, verum etiam universa-

unirei bes. etc. Urb. m. 1864.

si altii nenumerati, ci adeverulu l'au edisu si sinodele universali, si Pontificii romani s'a portata totu de-una ca adeverati vicari ai lui Christosu si urmatori legitimi ai sanctului Petru.¹⁾

§. VI. Santi parenti si alti scrietori ai basericiei orientali.

Se trecemu acumu pentru intarirea credintie catolice la unii parenti si eclesiarchi ai besericiei or. ca se vedemu ce sentiu de credintia au avutu facia de primatulu s. Petru? Trecemu cu vederea si aci pre celi occidentali, pentru ca neci nu ne-aru ajunge poterile de a produce nenumeratele loru diceri, dar' neci nu aru incapă acele in cuadrulu op-siorului nostru.

1. Fienduca credint'a cat. despre primatulu datu s. Petru in evulu apostolicu a fostu atâtu de tare, in cătu nu cuteză neme a face intrebare au a dubită despre elu, nu e mirare déca in scriptele parentilor apostolici despre acestu lucru nu ocure alta mentiune exprresa, afara döra de epistol'a Corinthianilor catra s. Clemente, in care epistola ceru beseric'a corinthiaca ajutoriu si sprigóna dela Clemente, cu tóte că s. Ioane apostolulu era inca in viatia; si afara de epistol'a s. Ignatiu (portatoriu de Domnedieu la Magnes. c. 3 si 13), carele scriendu despre prerogativ'a ep-patului de Roma, numesce beseric'a romana president'a agapeloru (*προσαθημενην τῆς ἀγάπης*).

Inse cu atâtu mai chiare suntu, cele ce le scrisera ss. parenti in tempulu mai tardiu — premergandu S. Ireneu. scrietoriu din secululu II, carele prin urmatóriile cuvante amentesce primatulu besericiei romane: „Pentru ca la besceric'a acésta pentru principalitatea-i mai *insemnata* (*διὰ τὴν ικονωτέραν πρωτείαν*) e de lipsa se convina intréga besceric'a, adeca credintiosii de pre totundenea, că in ace'a traditiunea, care e de la apostoli, s'a conservatu totu de-un'a de catra credintiosii de pre totundenea.“ III. 3. Origene, carele dupa tempu dintre orientali a fostu celu mai de aprópe lui Ire-

¹⁾ Circulariu pastorale catra Clerulu din intréga dieces'a, Armenopole la 21 mai. 1882. nr. 3884. — Pag. 13. Vid. et rel.

les idem edixerunt Synodi Romanique semper Pontifices tamquam veros Christi vicarios sanctique Petri legitimos successores se se gesserunt.¹⁾)

§. VI. Sancti Patres aliquae orientalis Ecclesiae scriptores.

Adeamus nunc ad adstruendam fidem cath. nonnullos or. Ecclesiae Patres et ecclesiarchas visuri quidnam hi de primatu b. Petri sensierint? Praetermittimus hic quoque occidentales, nec enim in adducendis innumeris eorum effatis vires sufficerent, nec quadrum opellae nostrae eorum capax esse posset.

1. Cum fides cath. circa primatum beato Petro collatum aevo apostolico tam firma fuerit, ut de eo nemo questionem movere aut dubitare auderet, — non mirum si in scriptis Patrum apostolicorum hujus rei non occurat mentio expressa praeter epistolam forsitan Corinthiorum ad s. Clementem, in qua Ecclesia Corinthiaca opem et auxilium, quamvis s. Joannes ap. in vivis esset, ab illo implorabat, et praeter epistolam s. Ignatii (*τοῦ Θεογόρου*) ad magnes. c. 3 et 13,) qui de praerogativa rom. Eppatus scribens, Ecclesiam rom. (*προαθημένην τῆς ἀγάπης*) *praesidem agaparum* nominat.

At eo clariora sunt quae ss. Patres subsequuntur tempore — duce seculi II-i scriptore s. Irenaeo, qui de primatu Ecclesiae rom. his recordatur verbis: Ad hanc enim Ecclesiam propter potentiorem principalitatem (*διὰ τὴν παντεργατικιὰν*) necesse est omnem convenire Ecclesiam, hoc est eos, qui sunt undique fideles, in qua semper ab his, qui sunt undique, conservata est ea, quae est ab Apostolis traditio.“ III, 3. Origenes, qui ex orientalibus tempore Irenaeo successit proprius hom. II-a nominat s. Petrum „sublimem Apostolorum verticem.“ Seculo vero IV-o Eusebius Cae-

gr. r. cath. eppor litt. pastoral.

neu, numesce pre s. Petru in om. II. „vîrvulu celu sublimu alu apostoliloru. Era Eusebiu Cesăreanulu din seculul IV. in comentariulu seu in Ps. 68 si 30 numesce pre s. Petru corifeu si preside (*ζοργαῖον, προστάντην*). S. Atanasiu dîce că Petru este pusu de Domnulu in culmea cetatei si lui i s'a incredintiatu grigia despre tôte besericele, că pre toti se-i pôta ajutá. Dar' si decâtu acestia cu mai poternice cuvinte se folosesc ss. parenti din tempulu mai târdîu, dintre cari Optatu milevitanulu serie (Lib. c. 2. Parmen num. 2.) „Nu vei poté dîce că nu scii cumcă in cetatea Rom'a este asiediata catedr'a eppale, in care siede Petru, capulu toturorui apostoliloru. S. Basiliu m. asia striga in proemiu despre judetiu lui Domnedieu: „Fericitu este Petru acel'a, carele fù radicatu preste toti inveniacelii si carui'a singuru i s'auretatu lucruri mai mari decâtu celoru alalti.“ Pre acel'a urmaudulu s. Gregoriu Nazianzenu in orat. 26 asia scrie despre primatulu s. Petru: „Vedi că dintre toti inveniacelii lui Christosu celi mari si demni de alegere acesta se numesce Pétr'a, si temeli'a besericei s'a concrediutu credintiei lui,“ apoi facandu deducțiune de aci adauge (carm. adv episcop.) că prerogativ'a lui Petru, column'a besericei a trecutu la beseric'a rom. alu carei eppu este legatur'a lumei crestine si a unitatei catolice;“ că dupa cumu spune Epifaniu (haer. 59. nr. 7.) Petru principalele apostoliloru... a statu că o piétra solida, pre care că si pre unu fundamentu se radîma credintia Domnului, pre care e edificata beseric'a in tôte respectele.“ „Parentele — adauge div. Chrisostomu Omil. 54. in Mát. — i-a datu lui (Petru) descoperirea Filiului seu, era Filiulu, că se pôta semená in totu loculu pre pamentu descoperirea atâtu a Parentelui, cătu si a Filiului lui, omului moritoriu i-a datu potere preste tôte, câte suntu in ceriu, dandu-i chieile, cel'a ce beseric'a latita preste totu pamentulu si decâtu ceriulu insusi a aretatu-o mai taré,“ dereptu acea — contineau s. parente — (omil. ult. in Joan. c. 21.) — „A ascinsu (Pavelu) la Ierusalimu a vedé pre Petru, pentru ce? Pentru că Petru era rostulu apostoliloru si culmea cetei apostolice; de ace'a s'a suitu si Pavelu a-lu vedé mai

sariensis in commentario suo in Ps. 68 et 30 s. Petrum „coryphaeum et praesidem“ (*κορυφαῖον, προστάτην*) appellat. S. Athanasius dicit Petrum constitutum esse a Domino in vertice civitatis eique demandatam fuisse curam omnium Ecclessiarum, ut omnes adjuvare possit. His multo vehementioribus utuntur verbis ss. Patres subsequi temporis inter quos Optatus Millevitanus scribit: (Lib. c. 2. Parmen. num. 2.) „Negare non posses scire te in urbe Roma cathedram eppalem collocatam esse, in qua sedet omnium Apostolorum caput Petrus.“ S. Basilius m. in proemio de judicio Dei sic clamat: „Beatus est ille Petrus, qui super omnes elatus discipulos, cuique soli piae reliquis majora ostensa sunt.“ Quem sequutus s. Gregorius Nazianzenus orat. sua 26. de primatu s. Petri scribit: „Vides quemadmodum ex omnibus Christi discipulis magnis et electione dignis, hic Petra nominatur et fundamentum Ecclesiae fidei suae concreditum habet,“ unde deducta dein conclusione addit: (carm. adv. episcop.) praerogativam Petri, columnam Ecclesiae ad romanam translatam esse Ecclesiam, cujus Episcopus est christiani orbis et catholicae unitatis vinculum; „Petrus namque, prouti Epiphanius (haer. 59. nr. 7.) subjungit „Principes Apostolorum.... qui solidae petrae instar nobis existit, cui velut fundamento Domini fides innitur, supra quam Ecclesia modis omnibus aedificata est.“ „Pater quidem,“ — addit div. Chrysostomus (hom. 54. in Matth.) „revelationem ei (Petro) Filii sui dedit, Filius autem, ut tam Patris quam Filii ejus revelationem ubique terrarum seminare posset, et homini mortali omnium, quae in coelo sunt, potestatem tradidit, claves ipsi dans, qui Ecclesiam per universum orbem amplificatam coelo etiam ipso validiore monstravit,“ propterea, subjungit s. Pater — (hom. ult. in Joan. c. 21.) „Ascendit Hierosolymam videre Petrum (Paulus), quare? Quia os erat Apostolorum Petrus, et vertex apostolici ordinis; propterea et Paulus illum piae ceteris visurus ascendit, simul ut ostenderet fiduciam habendam esse illi, cui negatione deleta, praesidentia fratrum concreditur“ „Pastor et caput Ecclesiae est homo piscator et ignobilis,“ (hom. 55.

cu séma pre elu intre celi alalti, cá de odata se arete, că se cuyine a ayé incredere in acel'a, cui i s'a concrediutu presidiulu intre frati, dupa sters'a denegare.“ Pastoriu si capu alu besericei este omulu pescariu si nobile,“ omil. 55 in Mat. „Elu este prefectulu pamentului intregu si capu alu militiei lui Christosu.“

Mai târdîu Petru Chrisologu din seculul VI. afirma că s. Petru viéza si presiede in scaunulu propriu aretandu celor ce cerca adeverulu credintieci.“ „Pentru că acest'a — dîce s. Gregoriu Nisenu (2 laud. s. Stefanu) in poterea prerogativei date lui dela Domnulu, e piétra firma si cea mai solida, pre carea a edificatu Mantuitoriulu beseric'a.“ „Că insusi Domnulu a dîsu catra principale apostoliloru: Tu esti Petru,“ (de trînt. cap. ult.) „Intre celi alalti straluce Petru, capulu si principale apostoliloru, dîce s. Cirilu Alecsandrinulu (comentar. 12. in Joann) la cari Joane Damascenu (sec. VIII) despre transfigur. Domn.) adauge intrebandu: „Dar' pentru ce a luat cu sene pre Petru, pre Joane si pre Iacobu? Pre Petru cá se-i arete aievea testemoniulu adeveritu de Parentele si se comprobaze cuvantele, ce le dîsese, precum i descoperise lui Parentele cerescu si că pre unulu carele avea se fia mai mare in intréga beseric'a si se primésca chieile.“

S. Tarasiu patriarchulu constantinopolitanu totu din seculul VIII se adresâdia in epistol'a s'a catra Pontificele Adrianu cu urmatóriile: „Preotiei t'ale principali e supusa tóta poterea episcopésca; nu e ortodoxu, celu ce nu veneráza scaunulu teu, in carele siede corifeulu apostoliloru, carele ne invétia si ne gubernéza pre noi si pre toti credintiosii.

Urmandu-lu pre acest'a s. Teodoru studitulu si scriendu de impreuna cu celi alalti episcopi ortodoci ai orientului la imperatulu Michaele atinsu de erórea iconoclastiloru, cumpace vorbesce despre primatulu besericei romane deduce originea lui dela fericitulu Petru cu urmatóriile cuvante (ep. 86 l. 1.) „Déca ar' fi cev'a atare lucru, despre care se indoesce si nu crede div. magnificenti'a vóstra cumcà l'ar' po-

in Matth.) „Praefectus est totius orbis et caput militiae Christi.“

Petrus autem Chrysologus sec. VI-o affirmat s. Petrum in propria sede vivere et praesidere praestareque quaerentibus fidei veritatem; „Hic enim,“ — dicit s. Gregorius Nyssenus (alt. laudat. s. Steph.), juxta praerogativam sibi a Domino concessam, firma et solidissima est petra, super quam Salvator Ecclesiam aedificavit. „Ipse namque,“ — (ad dit de trinit. cap. ult.) Dominus dixit ad principem apostolorum: „Tu es Petrus.“ „Elucet p[ro]a ceteris ille (Petrus), caput reliquorum (apostolorum) et princeps“ — dicit Cyrillus Alexandrinus (comment. 12 in Joan), quibus Joannes Damascenus (sec. VIII-o) de transfigurat. Domini addit: „Sed cur Petrum, Joannem et Jacobum asumpsit? Petrum ut vere ostenderet testimonium a Patre testificatum, verbaque a se dicta comprobaret, quemadmodum Pater coelestis ei revelavit, et ut eum, qui princeps futurus erat et totius Ecclesiae claves accepturus.“

S. Tarasius patriarcha constantinopolitanus eodem seculo VIII-o in epistola sua Pontificem Hadrianum his alloquitur verbis: „Principali sacerdotio tuo omnis eppalis potestas subiicitur; non est orthodoxus, qui non veneratur sedem, in qua sedet coryphaeus Apostolorum, qui nos et omnes fideles docet et gubernat.“

Hunc sequutus est s. Theodorus studita, qui ad Michaelem imperatorem iconoclastarum errore imbutum scribens cum aliis orthodoxis eppis orientalibus et primatum Ecclesiae rom. proferens, illius originem a b. Petro his deducit verbis (ep. 86. l. 1.): „Quod si quid est ejusmodi, de quo ambiguat, aut diffidat div. magnificentia vestra — pie a patriarcha dissolvi posse: iubeat magna ipsius et a Deo confir-

té resolvá cu pietate patriarchulu, demande man'a t'a cea inalta si intarita de Domnedieu, că o zelanta de cele Domnedieesci, se se dee in interesulu comune declaratiune dela Rom'a cea vechia, precum erá datena de demultu si la inceputu dupa traditiunea parentiésca." Pentru că acést'a e cea mai inalta intre besericele lui Domnedieu, in care tronulu l'a ocupatu mai antanu Petru, catra care dîse Domnulu: Tu esti Petru... si alt. Totu acest'a numesce scaunulu rom. in epist. la Naucratiu: „tronulu primu, facia de care neci candu nu voru precumpañi portile iadului, vă se dîca: gu-rele ereticiloru. Mai pre urma Ignatiu patriarchulu const. din seclulu IX scriendu pontificelui Nicolau commemoréza primatulu datu lui Petru si urmatoriloru lui cu urmatóriele cuvente: „Intre membrele lui Christosu... numai unu medicu alesu si prea universale a pusu cuventulu lui Domnedieu, candu a disu catra Petru mai marele apostoliloru: Tu esti Petru... Cumca cele produse pana aci suntu de a se luá de atari, cari marturisescu credint'a catolica, si nu suntu infectate de nici unu veninu de alu schismaticiloru pôte vedé totu omulu, celu ce privesce lucrulu cu cugetu nepreocupatul.

Ce se si pôte deduce dar' altu cev'a din aceste decâtû credint'a, ce a primitu beseric'a despre primatul din traditiunea apostoliloru si a conservat-o nestrancenata in cartile s'ale liturgice, chorali si rituali, — si că ace'asi credintia au marturisitudo si aperatudo si ss. parenti ai besericei universali in scriptele s'ale?

Dar' că se ne intarimu si mai multu credint'a despre primatulu s. Petru, vă fí bene a chiamá intru ajutoriu si pre alti scritori si inca pre atari, ale caroru dovedi, cu atâtu voru dă mai probatória potere argumentarei nóstre, si cu atâtu voru convinge mai tare, cu cătu e mai de aprope constatatu, cumcă unii din acel'asi au fostu nu numai plecati spre schisma, ci precum aréta istori'a, au fostu chiaru schismatici.

Se mergemu dereptu ace'a pre urmele scriptoriloru pre-citati, cari apucandu-se de a atestá traditiunea despre primatul conservata prin decursulu seculiloru in beseric'a siro-

mata manus velut divinorum aemulatrix ad communem utilitatem a vetere Roma suscipi declarationem, prout olim et ab initio paterna traditione transmissus mos fuit. Haec enim suprema est Ecclesiarum Dei, in qua Petrus sedem primus tenuit, ad quem Dominus dixit: Tu es Petrus.... etc. In epistola ad Naucratium sedem romanam vocat „primum thronum, adversus quem numquam praevalebunt portae inferi, ora scilicet haereticorum. Ignatius dein, qui seculo IX-o fuerat patriarcha constantinopolitanus ad Nicolaum Pontificem scribens, primatum b. Petro et successoribus ejus collatum sequentibus commemorat verbis: „In membris Christi... unum dumtaxat electum et universalissimum medicum ... verbum Dei constituit, quando Petro summo apostolorum capiti dixit: Tu es Petrus.... Haec, quae hucusque in medium prolata sunt, pro fidem catholicam profitentibus habenda adeoque nullo schismatico veneno infecta esse, cuique recta mente perspicienti compertum est.

Quid igitur ex his aliud deduci potest nisi fidem, quam Ecclesia ab apostolis traditam circa primatum b. Petro collatum habuerat, et in libris suis liturgicis, choralibus et ritualibus inconcussam conservaverat, — eadem etiam ss. universalis Ecclesiae patres in scriptis suis professos esse et defendisse?

Verum ad fidem circa primatum b. Petri magis adstruendam juvabit alios quoque adire scriptores, et quidem tales, quorum testimonia nostris argumentis eo majorem vim probandi praebere atque convincentiora esse poterint, quo certius constat nonnullos eorum ad schisma proclives imo vero schismaticos fuisse, prouti historia testatur.

Premamus itaque vestigia superius citatorum scriptorum, qui traditionis circa primatum in Ecclesia syrochaldai-ca et armena per seculorum decursum conservatae attestatae.

caldaica si arména, — ne-au deschis uale la istoria particulară a basericei loru.

Tienendu inse si aci ordenele, in care purcesemu mai susu, vomu ecspune despre primatulu s. Petru mai antanii sententiele scrietorilor sirocaldei si apoi ale celor armenesci.

2. Incătu privesce pre Caldei incepem uîrulu argumentelor cu unu scriptoru alu sectei Nestorianiloru, carele voindu a adumbrî istoria apostoliloru, dupace ar' fi descris u in termini generali punerea acelora, adauge: „Éra capulu loru erá Simonu Petru ocupandu scaunulu lui Christosu pre pamentu.“ Alu doile documentu ni-lu supedita corpulu drep-tului canonico alu Caldeiloru, in carele aflam că s'au introdus urmatóriele cuvinte luate din sinodulu națiunei caldaice tienutu sub patriarchulu Dadishou la anulu 430. „Unul este creditiosulu vicariu alu lui (Christosu), Simonu Barjona (filiulu lui Jona,) carele s'a numitu Piétra, si carui'a insusi i-a facutu promisiunea, dîcandu: „Pre acésta piétra voi edificá beseric'a mea, si érasi: Tîe-ti voi dâ chie-ile imperatiei ceriuriloru si alt.

Deci condusi fiendu de acestu adeveru si parentii ace-lui sinodu, desî aberasera din caus'a schismei dela subiec-tulu primatului eclesiasticu, cunoscura totusi obiectulu celu fundamentale alu lui, si nu se indoira — pre cumu spune scrietorulu caldeu — a aclamá pentru capulu loru, carele pre atunci erá Dadishou: „Se ne ecspunemu insîne la ori ce mórté pentru parentele si mai marele nostru... pentru Dom-nulu Dadishou catoliculu, care pentru noi e alu doile Petru, capuln republikei nóstre eclesiastice.¹⁾ Éra Gregoriu patriarchulu Nestorianiloru in epistol'a la chor-eppulu Men'a scrie: „Isusu că rege alu marirei eterne si Domnulu ceriu-lui si alu pamentului, a datu chieile imperatiei sale lui Simonu, capului apostoliloru sei, pre carele l'a numitu Petru, carui'a i-a datu potere de a legá si a deslegá in ceriu si pre pamentu.²⁾

¹⁾ Op. cit. p. 22. Jos. David.

tionem aggressi, ad illarum Ecclesiarum particularem historiam nobis aditum praebuerunt.

Sed servato hic quoque ordine quo superius processimus, primo Syrochaldaeorum dein Armenorum scriptorum circa b. Petri primatum exponemus sententias.

2. Quoad Chaldaeos seriem argumentorum sumimus a scriptore sectae Nestorianorum, qui historiam Apostolorum adumbraturns, postquam institutionem illorum generalibus descriptsisset terminis addit: „Caput autem eorum erat Simon Petrus, sedem Christi tenens super terram.“ Alterum testimonium suppedidat corpus juris canonici Chaldaeorum, in quo in synodo Chaldaicae nationis a Dadishoo patriarcha anno 430 coacta, haec verba fuisse prolati invenimus „Unus est ejus (Christi) vicarus fidelis, Simon Barjona, qui nuncupatus set Petra, cuique ipse promissum dedit, dicens; Super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam; item tibi dabo claves regni coelorum...“ etc.

Hac veritate freti denique illius synodi patres quamquam a primatus Ecclesiastici subjecto propter schisma aberrasse videantur, agnoscentes ejusdem tamen fundamentale objectum non dubitarunt, — sicut chaldaeus scriptor refert, — pro suo schismatico capite, qui tunc Dadishous erat, acclamare: „Tradamus nosmet ipsos omni mortis generi pro patre et antistite nostro, qui est noster rector et gubernator... Domino Dadishoo catholico, qui nobis est alter Petrus, caput reipublicae nostrae ecclesiasticae.“¹⁾ Gregorius deinde Nestorianorum patriarcha in epist. ad Menam chor- eppum scribit: Jesus ut rex gloriae aeternae et Dominus coeli et terrae claves sui regni Simoni tradit, suorum discipulorum capiti, quem Petrum appellat, cuique potestatem dat ligandi et solvendi in terra et in coelo.²⁾

²⁾ Ibid. p. 23.

3. Dovedi de aceiasi valore bă inca si mai tari se afla si la scrierorii siriani, — dintre cari loculu primu-lu merita cuventele renumitului Moise Barcefa, doctoru alu Jacobitiloru din seculu IX, carele in cartea despre preotia (tract. 2. cap. 7.) dice: „Si Christosu insusi nu a datu-o ace'a, adeca preotia cea prea inalta lui Joane fiendu verguru, de si acest'a era plenu de zelu, ci lui Simonu, carele era insuratu si negandu pre Christosu a probatut infirmitate.“

„Adauge Domnulu si dice lui Petru si prin elu besericei — cuventulu, alu carui intielesu e prodigiosu“ — dice Barcefa:

„Ori ce vei legă pre pamantu vă fă legatu si in ceriu, si a. Era in tractatulu alu 5. cap 1. vorbindu de bunavointia preotului, cu care suntu de a se inbracisia pecatosii, dice: („Petru) a negatu (pre Christosu) si cu juramentu a intaritu negatiunea s'a, dar' pentru ace'a totusi nu fu reieptatu de la demnitatea apostolatului, neci dela pre-eminentia preste fratrii sei, ci din contra audî pre Salvatoriulu dicandu-i: Pasce mnelii miei si oile mele. Acést'a i-a aretatu-o si prin fapta, candu i-a disu: Simone, éta Satan'a ve cere pre voi că se ve cérna că grânulu, si alt. Dupace dice in tract. 4. cap. 6. că invetiacelii toti au fostu apostoli si că toti au primitu impunerea manelor si toti s'au facutu episcopi, mai adange:

„Inse pentru gubernare de capu s'a pusu Simonu“ ér' dupa ce spune că in ce intielesu suntu de a se luă cuvintele din capu XXI, 15—17 alu tecstului grecu de la Joane *ἀγία* si *προθατία* in versiunea sirocaldaica numita Peschifta, si dupa ce aréta că in loculu primu suntu de a se traduce prin *mneli*, in alu doile prin *arieti*, in alu treile prin *oi*, le interpretéza cu urmatóriile cuvinte: „Prin mneli intielege pre pastorii si prepusii basericei, preste cari *chiaru Simonu a fostu pusu prin Domnulu de capu si indreptatoriu...* Prin mneli intielege si pre celi doisprediece santi apostoli precum si pre celi sieptedieci si doi;... éra prin arieti pre preoti, pre doctori, pre inaintestatatori, pre conducatori... in urma cetele sante ale credintiosiloru intr'un'a luate le-a numitu *oi*,“ si că se probeze apoi suprem'a juredictiune a antistelui besericei preste toti episcopii si pastorii, aréta că dupa ver-

2. In tropariulu din 16 januariu la adoratiunea vene-randei catene a s. Petru apost. cantamu urmatóriile: „Rom'a neparasindu la noi ai venitu (Petre) celu ce ai fostu de cătu apostolii mai antaniu pre scaunu siediatoriu“ (Acol.) Prin aceste se spune cumca f. Petru nu numai a fostu in Rom'a ci si că nu a parasit u scaunulu romanu; bá si ace'a inca se vede că, de si Petru nu a parasit Rom'a, totusi a avutu prerogative in intréga beseric'a, căci altu cumu nu ar' cantá beseric'a cumca Petru a venit la noi.

3. In cantarea a 7. de la manecatulu acelei díle se dice: „Din Palestin'a . . . cá dintru o privelisce esindu apostolulu lui Christosu Petru, si lumei predicandu in Rom'a cea mai de inainte a reposatu.“ (Acol.) Atâtu de chiare suntu cuvantele aceste, in cătu nu au lipsa de neci o co-mentare.

4. Cele ce le produsemu pana aci din cantarile bese-ricei, le intarescusi sinacsariele din meneiele nostre adause la oficiulu apostoliloru Petru si Pavelu din 29 si 30 juniu, unde se espune nu in ornatu de stilu poeticu, ci prin cu-vante prosaice prea netede că Petru, dupa ce ar' fi predi-catul in diferite locuri, a descinsu pana la Rom'a, si fiendu

vocare possit. Nos huic veritati adstruendae solam orientalis Ecclesiae traditionem in ecclesiasticis monumentis ad nostra usque tempora conservatam addimus, et quidem, — ut superius observato procedamus ordine, primo loco nostra, dein aliorum afferemus orientalium testimonia.

Beatum Petrum Romae fuisse, Ecclesiam romanam rexisse et vitam ibi finisse tradit:

1. Icos (*οἰξος*) in commemoratione s. Silvestri Papae romani, ubi de hoc s. Pontifice dicitur: „Sedem coryphaei Apostolorum ditando, servum Dei te exhibuisti.“ At sedes romana sedes coryphaei Apostolorum dici non posset, nisi beatus Petrus, qui coryphaeus est Apostolorum, hanc sedem tenuisset. (§. II, 1.).

2. In tropario autem 16-ae jauuarii in adoratione venerandae catenae s. Petri Ap. canimus de b. Petro sequentia: „Romam non deserens ad nos venisti (Petre), qui prae ceteris Apostolis primam sedem tenuisti (Ibid:) His traditur b. Petrum non solummodo Romae fuisse verum etiam Romam non deseruisse; quin imo id quoque colligitur: Petrum, etiam si Romam non deseruit, praerogativas tamen in universam habuisse Ecclesiam; alioquin Petrum ad nos venisse non caneret Ecclesia

3. In cantico dein 7-o ejusdem diei matutini offici de b. Petro dicuntur sequentia: „E Palaestina tamquam e scena prodiens Christi Apostolus Petrus, mundo praedicans, Romae antiquioris mortuus est.“ (Ibid,) Tam clara sunt haec verba, ut commentary indigeant nulla.

4. Id, quod hucusque adtulimus e canticis Ecclssiae, confirmant e menaeis nostris etiam synaxaria adnexa officio Apostolorum Petri et Pauli die 29-a et 30-a junii, ubi non poëtici styli ornatu, sed planissimo prosaicae orationis sermone exponitur Petrum, postquam variis in locis praedicasset, Romam usque descendisse, et quoniam Simonem Magum

ca pre Simonu magulu l'a invinsu cu minunile, si-a terminat viati'a crucefipu sub imperatulu Nerone. (§. II, 2.)

5. Poterea acestoru argumente nu o micsioréza neci ace'a impregiurare, că se spune cumca Petru esindu mai de multe ori din Rom'a, a amblatu prin diverse provincie; pentrucă cetimur că de câte ori a esită din Rom'a, totu de atâtea ori s'a re'ntorsu érasi acolo. Spre intarirea acestui adeveru se consulamu kiriakodromiulu nostru (§. III, 2) in intielesulu caruia: Remanendu Petru cátuva tempu in Rom'a, le-a pusu loru de episcopu pre Linu . . . apoi am blandu dupa ace'a prin multe cetati s'a re'ntorsu la Rom'a; de unde esindu a dou'a óra, dupa ce a dispusu tóte cari-lu priviá pre dinsulu cá primate, s'a intorsu a trei'a óra la Rom'a si aci si a terminat viati'a si a primitu corona vie-tiei eterne."

Nu e mirare asia dara, ca pre langa cele produse din cartile nóstre besericesci, mai totu asemenea spunu si cartile bes. ale celor alalti orientali, Se vedemu:

6. Beseric'a arména in carteau Dagharan (§. IV, 2) in diu'a candu se celebréza memor'a apostoliloru eschiama: Petre si Pavale . . . mare este astadi serbatóri'a vóstra in cetatea Rom'a! Éra cea caldaica canta la oficiulu apostoliloru in nopturnulu alu doile: „Se ne infrumsetiamu frati-loru pre noi insine cu laudele . . . lui Petru, capului celui alesu alu apostoliloru, care si-a complenit ministeriulu seu in Rom'a.“ Acésta traditiune a pestratu-o si beseric'a siriaca, carea in oficiulu acelor'asi apostoli din nopturnulu primu, canta: „Se marimu pre Domnedieu plenu de maiestate, carele a tramsu la Rom'a cea prea tare . . . pre Petru si pre Pavelu . . . Romanii, la cari au fostu magnatii apostoliloru Petru si Pavelu, si intre cari s'aui coronat (cu martiriu), insisi folosescu panea azima“ (nedospita). Era la Siri in oficiulu rosalieloru in alu doile *kalo* de la ór'a 1-a se dice; „Spiritulu s'a coboritu din ceriu la cenaculu (loculu cenei) si a tramsu pre Simonu la Rom'a,“ apoi in nopturnulu alu doile alu aceluiasi oficiu adauge „Apostoli fura tramsi a spune evangeli'a la tóte poporele, dar' loculu fia carui'a din

miraculis devicerat, sub Nerone imperatore cruci affixum vitam finisse. (§. II, 2.)

5. Vim horum argumentorum nec illud minuit, quod tradatur Petrum Roma pluries egresum, diversas peragrasse provincias; quotiescumque enim Roma egresum, tantoties tamen illum reversum legimus, Hujus veritatis adstruendae causa audiatur nostrum kyriakodromium (§. III. 2). juxta cuius tenorem Petrus per aliquot tempus Romae commoratus, constituit eis in eppum Linum... et peragratiss postea multis civitatibus Romam est reversus, ut christianos confirmaret; unde altera vice excessit et dispositis omnibus, quae illum qua primatem decebant, tertia vice rediit Romam, ibidemque vitam finivit et coronam accepit vitae aeternae."

Non mirum itaque, quod his, quae e nostris ecclesiasticis adtulimus libris, — similia fere addant reliquorum quoque orientalium libri ecclesiastici. Videamus.

6. Ecclesia armena in libro Dagharan (§. IV, 2.) die, qua celebratur commemoratio Apostolorum, sic exclamat „Petre et Paule... magna est hodie vestra festivitas in urbe Roma! Et chaldaica in officio ss. Apostolorum, in secundo nocturno, canit „Exornemus fratres nosmet ipsos laudibus... Petri, electi Apostolorum capititis, qui Romae complevit suum ministerium.“ Hanc traditionem conservavit etiam syriaca Ecclesia, quae in officio eorumdem Apostolorum in primo nocturno canit; „Glorificemus Deum majestate plenum, qui ad fortissimam Romanam missit... Petrum et Paulum.... Romani ipsi, apud quos Apostolorum magnates Petrus et Paulus fuerunt, et apud quos (martyrio) coronati sunt,... azymo utuntur pane.“ In officio tandem pentecostis Syrorum in secundo kalo 1-ae horae dicitur: „Spiritus descendit de coelo ad coenaculum... et Simonem misit Romanum,“ et in secundo nocturno ejusdem officii additur „Missi sunt Apos-

dinsii l'a desemnatu Filiulu lui Domnedieu, lui Simonu anume Rom'a." ¹⁾

7. Celebrandu apoi si beseric'a or. greca memori'a Pontificelui rom. S. Gregoriu la 12 martiu (§. V, 1), numesce pre acest'a nu numai „pastoriulu ci si urmatoriulu corifeului si principelui Apostoliloru, pentru ca cea de antanu dintre beserici l'a imbracisiatu pre elu la pieptulu seu, si recorese totu pamentulu, catu este sub sora.“ Din acestea inca se aréta cumca Petru a fostu in beceric'a romana, care are primatulu universale pentru totu de-un'a; altu cumu neci s. Gregoriu nu s'ar' poté dice urmatoriu alu lui Petru, neci beseric'a romana ce'a de antanu dintre tote besericiele — recorindu totu pamentulu, catu este sub sora.

Dar' adeverulu credintieei conservatu in cartile besericesci despre ace'a cumca Petru a ocupatu scaunulu romanu, lu comproba si sanctii Parenti si alti scriitori, ale caroru citate le produseramu mai susu (§. VI.)

8. S. Ignatiu, dupa tempu celu mai aprope de Petru, numesce beseric'a romana *presidea agapeloru* pentru prerogativele lui Petru; ca acést'a are principalitatea mai de frunte, la care au necesitate de a conveni tote besericiele — dupa cumu dice Ireneu, si ea este beseric'a principale, de la care s'a inceputu unitatea sacerdotale, — dice Cipriานu; si dupa cumu predica apostolulu e laudata credint'a Romaniloru, de cari nu se poate apropiá perfidi'a. Optatu millevitanulu dice ca nu se poate nega cumca in cetatea Rom'a este asiediata catedra episcopală, iu care a siediutu capulu toturorul apostoliloru, Petru, a carui prerogativa, column'a besericiei, a trecutu la beseric'a romana — adauge s. Gregoriu Nazianzenu, carele in viersulu despre viati'a sa aceste le canta despre beseric'a romana:

„Credint'a Romei (vechie) era drepta din vechime, — Si si acumu stă totu asia de drepta prin legatura santa, Iuringandu tote, căte le vede sōrele in cursulu seu,

¹⁾ Op. sup. cit p. 41—43.

toli ad evangelizandos omnes populos; unicuique autem eorum locum designavit Filius Dei, Simoni quidem Romani.¹⁾

7. Ecclesia din orientalis graeca 12-a martii celebrans memoriam S. Gregorii Papae rom. (§. V. 1) hunc non solummodo pastorem, verum etiam successorem coryphaei et principis Apostolorum nominat, quoniam Ecclesiarum prima eum ad pectus amplexa erat, et irrigat omnem terram quae sub sole est. Quibus pariter efficitur: Petrum tenuisse romanam Ecclesiam, quae in perpetuo et universalem habet primatum; secus enim nec s. Gregorius Petri successor, neque Ecclesia romana Ecclesiarum prima, quae irrigat omnem terram quae sub sole est, dici posset.

Verum veritatem fidei in libris conservatam ecclesiasticis, Petrum rom. tenuisse sedem, comprobant etiam ss. Patres, aliique scriptores, quorum effata superius (§. VI.) adduximus.

8. S. Ignatius, Petro tempore proximus, nominat Ecclesiam rom. propter praerogativas Petri *agaparum praesidem*; habet enim haec potiorem principalitatem, ad quam necesse est omnem convenire Ecclesiam juxta s. Irenaeum, estque principalis Eccllesia, — sicuti s. Cyprianus dicit, — unde unitas sacerdotalis exorta est, et fides Romanorum apostolo praedicante laudata est, ad quos perfidia habere non potest accessum. Optatus milevitanus ait: negari non posse in urbe Roma cathedram eppalem collocatam esse, in qua sederat omnium Apostolorum caput, Petrus, cuius praerogativa, columna Ecclesiae, ad romanam translata est Ecclesiam, addit s. Gregorius Nazianzenus. In carmine autem de vita sua haec de Ecclesia romana canit:

„Fides vetustae (Romae) recta erat jam antiquitus, —
Et recta perstat nunc item nexu pio,
Quodcumque labens sol videt devinciens, —

¹⁾ Op. sup. cit. p. 41—43.

Precum i se cade ei (Romei) că la presidea lumei intregi,
Care veneréza in acordu de plenu Domnedieirea.

S. Tarasiu patriarchulu constantinopolitanu din secl. VIII. dîce că in scaunulu romanu siede corifeulu apostoliloru, éra Teodoru Studitulu numesce beseric'a romana bese-
rica suprema, in care Petru a ocupatu mai antanii scaun-
nulu, de ace'a o numesce tronu prea inaltu, caci man'a lui
Petru a pusu temeliele besericiei in alm'a cetate Roma, adau-
ge scriotoriulu armenu spendomagistrulu Sergiu.

S'a demustratasiadara si s'a doveditu atâtu din tradi-
tionea besericiei orientali conservata in cartile bes. câtu si
din ss. parenti si din alti scriitori ai besericiei or. cumca
beseric'a resaritena de atunci de la tempulu apostolicu pana
in dîlele nostre tiene tare si crede cumca:

a) Christosu Domnulu a fundatu in beserica primatulu
si acest'a l'a datu fericitului apostolu Petru.

b) Cumca primatulu intemeliat de Domnulu Christosu
si datu in persóna lui Petru are se fia perpetuu, neecspug-
nabile si universale,

7) cumca f. Petru apostolulu a fostu in Rom'a, a gu-
bernatu beseric'a romana pana la mórté si cumca aici si-a
finitu viati'a coronat cu (curona de) martiriu.

Acumu mai restéza că cercandu se scotemu la lumina
acele argumente ale credintiei, din cari se se arete apriatu,
cene au potutu si cene trebue se fia urmatorii f. Petru le-
gitimi in primatu atâtu dupa dreptulu Domnedieescu, câtu
si umanu; pre cene a tienutu de atari beseric'a universale
si care este credint'a si traditiunea besericiei universali de-
spre primatulu besericiei?

Tóte aceste le vomu espune in paragrafi urmatori.
Inse fiinduca credint'a besericiei universali despre perpetui-
tatea primatului f. Petru in Pontificii romani e conservata
si ecsprimata prin atâtu de multe si nenumerate monumen-
te, in câtu déca ar' vré ceneva se adune intru un'a baremi
partea cea mai mare a loru, aru face volume mai multe si
ar' trebuí se se consume tempu si labore mai multa intru
redactarea loru, spre ce neci de cumu nu aru ajunge pote-

Ut universi praesidem mundi decet,
Totam colit, quae Numinis concordiam.“

S. Tharasius Patriarcha constantinopolitanus sec^o VIII dicit in sede romana sedere coryphaeum Apostolorum; Theodorus Studita nominat Ecclesiam rom. supremam Ecclesiam, in qua Petrus sedem primus tenuit, unde etiam supremum thronum dicit eam, quoniam, subdit Sergius Pseudomagister scriptor arm. Petri manus Ecclesiae fundamenta jecit in alma urbe Roma.

Demonstratum et evictum est itaque, tum e traditione orientalis Ecclesiae in libris ecclesiasticis conservata, tum e ss. Patribus aliisque orientalis Ecclesiae scriptoribus, Ecclesiam orientalem inde ab aevo apostolico firmiter ad nostra usque tempora tenere et credere:

a) Christum Dominum instituisse in Ecclesia primatum huncque b. Petro Apostolo tradidisse,

b) Primatum a Christo Domino fundatum Petroque personaliter collatum debere esse perpetuum, inexpugnabilem et universalem,

c) B. Petrum Apostolum fuisse Romae romanamque Ecclesiam usque ad mortem rexisse ibidemque martyrio coronatum vitam finisse.

Restat adhuc ut indagando, ea traditionis et fidei eramus argumenta, quibus palam efficiatur, quinam jure tum divino, tum etiam humano veri et legitimi b. Petri in primatu successores esse potuerint atque debeant, quosnam pro talibus Ecclesia universalis tenuerit et qualisnam sit Ecclesiae universalis fides et traditio circa primatum Ecclesiae.

Quae omnia sequentibus explanare sat agimus paragaphis. Quoniam autem fides universalis Ecclesiae circa b. Petri primatus in romanis Pontificibus perpetuitatem tam multis et innumeris conservata et expressa est monumentis, ut si quis horum majorem saltem partem in unum colligere velet, plura volumina efficerent, longiusque tempus et labores in iis redigendis consummi deberet, cui rei vires nostrae

rile nóstre; nu vomu produce de câtu pucine din ele, si sî acele din depositulu besericei orientali, — cá nu cumva de partandu-ne de la propusu, se indelungamu lucrulu prea departe. Deci fia de ajunsu déca, producandu câteva argumente pentru probarea adeyerului, lectorelui, care ar' pofti se scia mai multe, i vomu fi indicatu acele isvôre de si numai deriveate, — din cari amu tiesutu si noi sîrulu argumentelor in opuscululu nostru. Dar' vomu atinge totusi nu numai cele, ce le a conservatua traditiunea besericei nóstre particolare, ci chiamandu in ajutoriu si monumentele besericei grecesci, armene si sirocaldaice, — cá se nu fimu obscuri ne suindu-ne a vorbi pre scurtu — vomu investigá si celea prin cari s'a indatenatu a se condecorá Pontificii rom. adeveratii si legitimii succesorii ai f. Petru, si si beseric'a rom; apoi vomu spune si modalitatea, in care Pontificii rom. sub diverse impregiurari au ecsercitatu auctoritatea si potesta-tea sa.

§ XII. Episcopulu Romei vechie este adeveratulu si legitimulu urmatoriu in primatu alu fericitului Petru apostolulu.

Cumca episcopulu Romei vechie singuru este adeveratulu si legitimulu urmatoriu alu f. Petru probéza numirile cele onorifice si titulii, cu cari s'a indatenatu beseric'a orientale a-lu decorá pre elu in cartile sale besericesci si in alte scisorii. Dar' cá se se statorésca succesiunea adeverata si legitima a Episcopului Romei vechie in primatulu f. apostolu Petru, inainte de tóte e de a se premite adeverulu inventiaturei besericei universali, dupa care episcopii suntu de a se considerá de adeveratii si legitimii urmatori ai apostoliloru. Ér' adeverulu acestei doctrine este atâtu de claru si universale, in câtu, fienduca este de dreptulu positivu divinu baseatul pre santele scripture, neci cá are lipsa aci de caresiva probatiune.¹⁾ Deci fienduca episcopii suntu adeveratii si legitimii urmatori ai apostoliloru si potestatea ordenaria a apostoliloru a trecutu la episcopi, cá la urmatorii loru, pentru

¹⁾ Confr. N. Nilles Kalend. man. I. p. 460. De episcopis. Apo-

nequaquam sufficerent; non nisi pauca illorum, eaque ex orientalis Ecclesiae deposito afferemus in medium, ne a proposito nostro recedentes, — prolixiores simus. Sufficiat itaque si uno alterove pro probanda rei veritate prolato argumendo, — lectori, plurima sciendi cupido, fontes etiamsi derivatos solos indicaverimus eos, e quibus nos seriem in nostro opusculo contexuimus argumentorum. Attingemus attamen non solum illa, quae nostrae particularis conservavit Ecclesiae traditio, sed arcessendo Ecclesiae graecae, armene et syrochaldaicae monumenta ne, — dum breves esse laboramus, obscuri fiamus, etiam ea investigabimus, quibus Pontifices rom. tamquam b. Petri veri et legitimi successores, et Ecclesia rom. decorari solita fuerat; dein auctoritatis et potestatis modalitatem in variis diversisque rerum adjunctis per pontifices exercitam exponemus.

§. XII. *Episcopus Romae veteris est verus et legitimus beati Petri Apostoli in primatu successor,*

Episcopum Romae veteris esse solum verum atque legitimum b. Petri Apostoli successorem probant honorifica illa nomina et tituli, quibus Ecclesia orientalis in libris suis ecclesiasticis aliisque scriptis illum decorare consuevit. Ut autem Episcopi veteris Romae vera et legitima in b. Petri Apostoli primatu successio statuatur, praemittenda est ante omnia veritas doctrinae universalis Ecclesiae, juxta quam Episcopi veri et legitimi Apostolorum successores dicendi sunt. Huius vero doctrinae veritas tam clara et universalis est, ut cum sit juris positivi et sacris superstructa scripturis, probatione hic indigeat nulla.¹⁾ Quodsi itaque Episcopi veri et legitimi Apostolorum sunt successores et ordinaria Apostolorum potestas in episcopos tamquam eorum successores translata est, quare non sint Episcopi Romae veteris veri et legitimi b. Petri in romana cathedra successores?

stolorum successoribus.

ce se nu fia episcopii Romei vechie adeveratii si legitimii urmatori ai f. Petru in catedr'a romana? Că si Christosu Domnulu instituindu primatulu perpetuu, si dandulu acel'a moritoriului Petru, prea bene a sciutu că f. Petru nu vă se vieze pana la capetulu lumiei, si primatulu f. Petru nu eră privilegiu personale, neci restrinsu la person'a lui Petru, ci intemeliatu pentru de a se conservă unitatea besericei. (§. X). Si déca potestatea ordenaria a apostoliloru a trecutu la episcopi, că la adeveratii si legitimii urmatori ai acelor'a, potutu-s'a óre templá, că singura potestatea lui Petru se nu tréca la adeveratii si légitimii lui succesorii, — la episcopii besericei romane, si inca chiaru cu voi'a Domnului Christosu, carele in specie s'a rogatu pentru Petru, că se nu scada credinti'a lui, si dupa ce se se vă re'ntorce, se intarésca pre frati, si a promisu că pre Petru vă se edifice beseric'a sa, pre care portile iadului nu o voru inyinge?

Fiendu ca e universale asia dara traditiunea, doctrin'a si credinti'a besericei, cumca episcopii suntu adeveratii si legitimii urmatori ai apostoliloru, si cumca potestatea ordinaria a apostoliloru a trecutu la episcopi, adeca la urmatorii acelor'a in episcopatu; ne trecutu urmezá că si episcopulu Romei se fia adeveratulu si legitimulu urmasoriu alu f. Petru, si că potestatea lui Petru din institutiune domnedie-éscă a trecutu la Episcopulu romanu, că la adeveratulu si legitimulu urmatoriu in primatulu f. Petru, si elu trebue se aiba acele prerogative că si Petru.

Episcopulu romanu e asia dara singurulu, adeveratulu si legitimulu urmatoriu alu f. Petru, si are primatulu juredictiunei si auctoritatei in intréga beseric'a: si adeverulu probatu indirectu prin argumentele pana aci aduse, se probéza si de adreptulu cu traditiunea besericei atâtu apusene, cătu si orientali, si inca nu numai prin testimoniele, ce le adusemu pana aci despre beseric'a romana, ci si prin nenumeratele monumente, căte se affa.

De acésta credintia fiendu condusa si beseric'a nostra lauda in poem'a lui Iosefu la siesesprediecee januariu in cantarea 5. pre s. Petru si se róga totu de-oata că se inta-

Christus namque Dominus, qui primatum instituit perpetuum huncque mortali tradidit Petro, optime sciebat b. Petrum haud victorum usque ad finem mundi, et primatus b. Petri non personale nec ad personam Petri restrictum fuerat privilegium, sed institutus ad unitatem Ecclesiae conservandam (§. X.) Et si ordinaria Apostolorum potestas in Episcopos, tamquam illorum veros et legitimos successores translata est, potuitne hoc fieri ut sola potestas Petri non transiret ad veros legitimosque ejusdem successores, — Romanae Ecclesiae Episcopos, et quidem volente ipso Christo Domino, qui specialiter oravit pro Petro, ut non deficiat fides ejus et conversus confirmet fratres, et promisit se super Petrum aedificetur Ecclesiam suam, adversus quam portae inferi non praevalebunt?

Dum universalis sit itaque Ecclesiae traditio, doctrina et fides, Episcopos esse veros et legitimos Apostolorum successores et ordinariam potestatem Apostolorum translatam in Episcopos, utpote illorum in episcopatu successores, necessario sequitur etiam Episcopum Romae esse verum legitimumque b. Petri successorem, Petrique potestatem ex institutione divina translatam fuisse in romanum Episcopum, tamquam verum et legitimum in b. Petri primatu successorem; illumqne easdem habere debere praerogativas ac Petrus

Est igitur Episcopus Romae veteris solus, verus et legitimus b. Petri successor tenetque jurisdictionis et auctoritatis primatum in universa Ecclesia; et haec veritas hucusque adductis indirecte probata argumentis, directe quoque probatur traditione tum occidentalis, tum etiam orientalis Ecclesiae, et quidem, non solum modo per ea, quae jam superius de romana Ecclesia adtulimus testimonia, verum etiam per innumera, quae exstant monumenta.

Hac fide ducta ecclesia nostra die decima sexta januarii in poëmate Josephi cantico 5-o laudans s. Petrum apostolum simul orat, ut b. Petrus confirmet illos, qui interces-

résca s. Petru pre aceli'a, cari cu intrepunerea lui suntu pusi cá se imperatiésca preste noi ortodocsii, dícandu: Pre cari i-ai indreptatu cu midilocirea ta cea infricosiata Petre apostole, cá unu invetiatoriu cá se imperatiésca preste noi dreptu creditiosii, pazesce-i cu potente drept'a ta.“

Cene nu vede că prin cuvantele acestea beseric'a vá se-si aduca a mente si de grati'a speciale, care o dede Christosu lui Petru, candu se rogase pentru elu, cá intorsu (fiendu) se intarésca pre frati? Atâtu de apriatu este acestu testimoniu alu creditiei despre perpetuitatea primatului in succesorii f. Petru, in câtu, si déca nu ar' egsiste altu argumentu, acest'a unulu sar' paré a fi de ajunsu, cumca beseric'a orientale a credintu totu de-un'a, că pontificii romani suntu adeveratii si legitimii urmatori in primatulu fericitului Petru. Inse in versiunile cartiloru nóstre se afla si alte urme apriate, in cari vedemü că e conservata in modu minunat credinti'a despre perpetuitatea primatului lui Petru in pontificii romani. Asia la 2 januariu, candu se celebréza memori'a pontificelui romauu s. Silvestru. Inse meneiulu nostru nu cuprende multe de acelea, cari s'aru vedé că se potu referi la oficiulu propriu alu acestui s. pontifice, pentruca commemorarea lui este impreunata cu inainte-serbarea aretarei Domnului — προεόρτια τῆς Θεοφανίας, — care cu prea insemnat'a sa solemnitate intrece pre cele alalte serbari festive, ce concureaza cu dins'a, si occupa mai mare parte cu oficiulu seu propriu.

1. Editiunea meneiului nostru de Blasiu, cea mai depre urma, are numai urmatóriele testimonie, cari se referu la primatulu pontificelui rom. Celu de antanu e condaculu santului, unde in canonulu poemei s. Ioane Damascenu dupa cantarea 3. santulu Silvestru se dice *pastoriu*. Alu doile se afla in sedeh'a santului — totu acolo, care despre s. Silvestru dice: „Riu alu bunei creditie,“ care „cu curgerile inveiaturelor tale totu pamentulu ai luminatü, Silvestre! — Alu treile testimoniu se afla in altu condacu alu santului dupa cantarea a 6. „De intieleptiunea lui Domnedieu impletindu-ti gur'a ta, cunoscinti'a Treimei luminatü ne-ai are-

sione sua constituti sunt ut regant nos, his verbis: „*Quos terribili intercessione tua direxisti tanquam docens Petre apostole, ut regerent nos orthodoxos; custodi eos potente dextra tua.*“

Quis non videt Ecclesiam his verbis illius specialis gratiae meminisse velle, quam Christus orando pro b. Petro, dedit ei, ut couversus fratres confirmaret? Adeo patens est hoc fidei testimonium circa primatus in b. Petri successorum perpetuitatem, quod si nullum exstaret aliud argumentum, hoc unum jam sufficiens esse videretur, Ecclesiam orientalem credidisse semper romanos Pontifices esse veros et legitimos b. Petri in primatu successores. Verum tamen non desunt in versionibus librorum nostrorum alia quoque patentia vestigia, quibus fidem circa primatus Petri in romanis Pontificibus perpetuitatem mire conservatam invenimus. Sic die 2-a januarii, dum memoria celebratur s. Silvestri Pontificis romani. Sed haud multa complectitur menaeum nostrum talia, quae ad proprium hujus s. Pontificis officium referi posse videantur, conjuncta enim est ejus commemoratio cum προσόντια τῆς Θεογανίας — utpote quae insigni solemnitate sua praecellit inter alias festivas concurrentes commemorationes et majorem sibi vindicat propriae officii partem.

1. Editio menaei nostri Blasiensis novissima sequentia tantum exhibit testimonia, quae ad romani Pontificis primatum referuntur: Primum est kontakion sancti, quo in canone poëmatis s. Joannis Damasceni post canticum 3-um s. Silvestrum *pastorem* nominat. Secundum addit sedelna sancti ibidem, quae sequentia habet de s. Silvestro: „Rectae fidei fluens... qui torrentibus doctrinarum tuarum omnem terram illuminasti, Silvester. Tertium testimonium invenitur in altero kontakio sancti, pot canticum 6-um: „Sapientia Dei repleto ore tuo, cognitionem Trinitatis clare nobis revelasti, et impietatem tyrannorum destruxisti verbo-

tatu, si nedomnedieirea tiraniloru o-ai imprasciatu Silvestre cu prascia cuventelor tale, pentru acésta rógate pentru noi Domnului: „Alu patrule testimoniu-lu supeditéza icosulu, care lauda pre s. Silvestru cu urmatoriele: Scaunulu corifeului apostoliloru inavutindulu, sierbitoriu lui Domedieu te-ai aretatu prea luminatu, infrumosetiandu, intarindu cu domnedieesci dogme beseric'a, . . . si eresurile contrariloru alungandu, Silestre preaintielepte!“

Dar' cu atâtu cu mai multe si mai stralucite laude se celebréza memori'a s. Silvestru la alti orientali, unde se afla testimoniele cele mai maretie ale orientaliloru despre magisteriulu infalibile alu pontificelui rom., pentruca la acelea, ce le ecstrasemu din meneiulu nostru la oficinlu s. Silvestru — carele presiediuse la conciliulu ecum. I de la Nicea. — mai adauge beseric'a orientale greca la commemorarea lui inca si urmatoriele: „Parente Silvestre cá o columnă de focu te-ai aretatu conducandu sant'a céta cu legea santa, si cá unu noru adumbrindu ai scosu pre creditiosi din eroarea egipténa, trecandu-i cu inventiaturele pururea neinsielatörie la lumin'a domnedieésca.“ „Cá unu corifeu domnedieescu alu santiloru parenti, ai statoritu preasant'a dogma, astupandu gurile cele spurcate ale ereticilor.“ „Ostile inimiciloru, cari se contrariau inventiaturei date de apostoli, le-ai invinsu, Silvestre!“ Limbele, cari consentiau in eroare, s'au confundat prin poterea domnedieescului Spiritu, carele lucrá in tene, si s'au adunatu cetele creditiosiloru cá se marésca pre Domnedieu.“¹⁾

2. La 18 februariu celebrandu beseric'a nostra greco-catolica memori'a s. Leone Papa rom. lauda pre s. pontifice cu urmatoriulu condacu: „In scaunulu Arichieriei marite sie diendu, si gurile leiloru celoru cuventatori astupandu cu dogme de Domnedieu insuflate, lumin'a cunoscintiei de Domnedieu a venerandei Treimi o-ai aretatu turmei tale,“ éra icosulu spune cumca s. Leone, pentruca a alinatu seditiu-

¹⁾ N. Niles Kalendar. man. I. p. 51.

rum tuorum funda, Silvester, idcirco ora Dominum pro nobis.“ Quartum denique testimonium exhibet icos, qui s. Silvestrum sequentibus accumulat laudibus: „Thronum coryphaei apostolorum dum ditares, servum te exhibuisti Deo piaeclarum, divinis exornans dogmatibus et confirmans ecclesiam... et haereses adversariorum depellens, Silvester sapientissime!“

Ast eo pluribus clarioribusque celebratur s. Silvestri commemoratio apud alios orientales laudibus, in quibus egregia exstant orientalium testimonia de infallibili romani Pontificis magisterio: illis namque, quae ex nostro decerpsimus menaeo, in officio sancti Silvestri, qui concilio oec. I-o prae-sidebat Nicaeae, Ecclesia orientalis graeca in commemoratione ejus addit adhuc sequentia: „Silvester pater, visus es veluti columna ignis, sacro more ducem agens sacri conventus, et veluti nubes obumbrans, eripiens fideles ab Aegyptio errore, et semper infallibilibus doctrinis transferens ad divinam lucem.“ „Ut divinus coryphaeus sacrorum Patrum, sacratissimum dogma statuisti, obstruens impia haereticorum ora,“ Prostravisti Silvester, aciem hostium, qui doctrinae ab Apostolis traditae adversabantur,“ Linguae, quae in errore consentiebant, confusae sunt per virtutem divini spiritus, qui in te operabatur; et fidelium chori congregati sunt ad glorificandum Deum.“¹⁾)

2. Die 18. februarii, quo memoria celebratur s. Leonis Papae rom. Ecclesia nostra graeco-catholica sequenti kontakio laudat s. Pontificem: „In sede episcopatus sedens perlaudate, et dogmatibus divinitus efflatis obstruens orationum rationabilium, lumen cognitionis Dei venerandae Trinitatis ostendisti gregi tuo;“ icos autem tradit S. Leo-

¹⁾ N. Nilles Kalendar, man. I. p. 51.

nile in lume si in Rom'a, fù cunoscutu de unu domnedieescu tainuitarioru alu graciei lui Domnedieu.¹⁾

Ce e dreptu suntu pucine, cele ce se afla in editiunea meneiului nostru pentru laudele santului Leone, ci cu atâtu e lucru mai demnu de mirare, cu cătu că editiunea de la Sabiniu — cea mai noua a romanilor greco-orientali conține mai multe cantari de lauda in onórea acestui pontifice la diu'a acést'a, si acele concordéza in cea mai mare parte cu contecstulu menologiului grecilor, de si in editiunea nostra nu se afla. — Asia anume la introitu in canonulu santului (poema 1. Teofane) se afla urmatoriele, prin cari se celebréza memor'a s. Leone: „Erede te-ai facutu in scaunulu Corifeului Petru, ... cu stralucirea dogmeloru tale ai imprasciatu norulu celu negurosos” „columna dreptei credintiei“ carele „te ai implutu de cerésca si domnedieescă gratia.“ Éra dupa ce adauge in sedelna aceste „Stralucindu cu domnedieesci dogme, ai luminatu lumin'a dreptei credinție, si ai micsioratul negurele eresurilor“ — trece la mărire si asia canta beseric'a grecésca: „Lumina de diori ai resaritul de la apusu, — tramitiendu carteasantelor dogme ale bunei credintie, că si nescé radie besericei“ apoi in cantarea 6. adauge: „Celu de acumu urmatoriu alu onoratului Petru, inavutitu cu scaunulu celu de susu alu ace-luia, si avendu zelu fierbente, din indemnu domnedieescu a scrisu carteas, care a nemicitu freméntatiunea in amestecarea eresurilor turburatórie“²⁾ La acestea se afla adausu si unu sinacsariu, care asemenea lipsesce din editiunea nostra.

3. Cu de asemenea corone de lauda se infrumsetíea in beseric'a greca la 12 martiu si santulu m. Gregoriu, pre care impreunandu-lu Grecii cu s. Teofane, intarescu si profeséza nu numai primatulu f. Petru, ci chiaru si perpetuitatea lui in pontificii romani, cu cuventele: „Pastoriule preasantite, urmatoriu te-ai facutu in scaunulu corifeului curatindu popórele si educandu-le la Domnedieu. Urmatoriu in

¹⁾ Edit. menaei Blasiens. P. II

²⁾ Confr. etiam synaxarium in menol. Graec. et reliqua ex

nem, quoniam seditiones lenivit, in mundo et Romae pro gratiae Dei divino reconditore fuisse agnatum.¹⁾

Pauca sunt quidem haec, quae in versione menaei nostri quoad laudem s. Leonis inveniri possunt, sed eo magis mirum est, quod editio romenorum graeco-orientalium cibiniensis novissima in laudem hujus s. Pontificis ad hunc diem plura complectatur elogia, et haec maxima parte menologii graecorum contextui optime cohereant, quamvis in nostra desiderentur editione. Ad introitum enim in canone sancti (poëmat. Theophanis) exstant sequentia, quibus s. Leonis celebratur memoria: „Haeres factus es in sede coryphaei Petri „.... Splendore dogmatum tuorum nubem tenebrosam dispersisti“ „columna orthodoxae fidei“ qui „coelesti et divina repletus es gratia.“ Quum autem in sedelna adderet „Divinis fulgens dogmatibus, lumen orthodoxae fidei exoriri fecisti et tenebras haeresium extenuisti,“ ad gloriam transiens canit ecclesia graeca „Lux matutina ab occidente ortus es, — quum sanctorum dogmatum tomum bonae fidei veluti radios misisti ecclesiae:“ cantico dein 6-o additur: „Petri honorabilis hoc tempore successor, cum obtinuisset supremam sedem ejus, et fervidum zelum haberet, divino impulsu tomum conscripsit, qui fermentationem et intermixtionem haeresium turbulentarum diruit.“²⁾ His subjunctum invenies synaxarium quod in editione nostra pariter desideratur.

3. Similibus Iaudum coronis exornatur in ecclesia graeca s. Gregorius m. die 12 martii, quo Graeci hunc Pontificem Theophani adjungunt et non solum primatum b. Petro collatum verum etiam ejusdem in romanis Pontificibus perpetuatatem adstruunt et profitentur, his verbis: „Sacratissime Pastor, factus es successor in sede et zelo coryphaei, populos purificans et ad Deum adducens, Successor in sede

scaunulu principelui chorului invetiaciilor, de unde rostindu cuventele, că și nescce fulgere, o Gregorie, cu facl'a luminezi pre creditiosi. Imbracosiandu-te la pieptulu seu cea de antanii dintre beserici, ușa totu pamentulu, carele este sub sôre, — cu riurile domnedieesci ale invetiaturei pîe. Bucurate facl'a religiunei, care luminezi totu pamentulu cu stralucirile cuventelor tale, farulu (turnulu luminatoriu), carele chiemi la malu pre celi syenturati in fîrtun'a erorei și liberezi dela mîrte, organu pusu in misicare de insuflările Spiritului. ¹⁾

Credemus cumca acestea au valore cu atât'a mai mare, cu câtu că pre candu astruendu nu numai primatulu ci și perpetuitatea lui, in editiunea nostra Blasiana se vedu a lipsi, totusi in menologiulu Grecilor se potu apriatu ceti!

4. Dar' de celu mai mare momentu suntu celea, prin cari se predica s. Martinu Pontificele rom. de magistru infalibile alu creditiei atâtă in cantarile, câtu și in sinacsariele de la 13 aprile; pentru formulele de laude, cu cari s'a indatenatu beseric'a or. greca a celebră memor'a acestui pontifice in meneie și in sinacsariele adause la diu'a acést'a, exprim'u apriatu și ace'a dogma catolica, cumca episcopulu romanu are prerogativele magisteriului infalibile, pentru ca este urmatoriu alu f. Petru in scaunulu romanu; și acésta merita atentiune cu atâtă mai mare, cu câtu că, de si nu se celebrează memor'a lui la tóte popórele orientali in ace'asi dî, totusi tóte anuncia prerogativ'a magisteriului infalibile. ²⁾ Editiunea meneiului nostru cea de Blasius afara de indicarea numelui de impreuna cu indrumatiunea la oficiulu comune alu santiloru de ace'asi clase, — nu cuprinde chiaru nemic'a ce s'ar' poté referi la oficiulu propriu, inse cu atâtă mai multe se potu află in editiunea de Sabiniu a meneiului romanilor greco-orientali, și acestea in unele locuri concordăza de plenu cu contecstulu menologiului Grecilor. Anume:

Cu stichir'a 1-a, care e totu un'a cu cea din menologiulu grecu, acestea le canta beseric'a spre laud'a santului

¹⁾ Nic. Nilles Kal. manual. I. p. 121.

principis chori discipulorum, unde verba veluti fulgores, o Gregori proferens, face illuminas fideles. Ecclesiarum prima cum te ad pectus complexa esset, irrigat omnem terram, quae sub sole est, piae doctrinae divinis fluentis. Salve o fax religionis, quae splendoribus verborum tuorum universum orbem illuminas, pharus in procella erroris jactatos ad litus revocans et a morte liberans, organum actum afflatibus Spiritus.^{“¹})

Haec majoris valoris esse vel ideo ducimus, quia quum non solum primatum verum etiam perpetuitatem adstruant et in nostra editione Blasiensi desiderari videantur, in menologio Graecorum tamen aperte legi possunt.

4. Sed maximi momenti sunt ea, quibus s. Martinus Pontifex rom. tamquam infallibilis fidei magiseter predicatur tum in hymnis, tum in synaxariis diei 13-ae aprilis. Laudum namque formulae, quibus ecclesia or. graeca memoriam hujus Pontificis in menaeis et syraxariis huic diei annexis celebrare consuevit, etiam illud dogma catholicum clare exprimunt: Episcopum romanum ideo infallibilis magisterii praerogativas obtinere, quod b. Petri sit in romana cathedra successor; atque hoc eo majorem meretur attentionem, quod, cum non apud omnes orientales populos eodem celebretur memoria ejus die, omnes tamen infallibilis magisterii praerogativam praedicent.²⁾ Editio menaei nostri Blasiensis ad hunc diem, praeter nominis indicationem una cum invitatione ad officium ejusdem classis sanctorum commune nihil omnino habet, quod ad officium proprium referri possit; sed eo pura reperiri possunt in editione menaei romeiorum graeco-orientalium cibiniensi, — quae nonnullis in locis contextui menologii Graecorum cohaerenter concordant. Etenim.

Stichira 1-a, quae eadem est etiam in menologio gr. canit ecclesia in laudem s. Martini: „Quo te nomine com-

²⁾ N. Nilles Kal. Manual. I. p. 136—137. et edit menaei gr. or. cibiniens.

Martinu: „Cum te voiu numí pre tene Martine? Dîce-te-voiu stralucit indreptatoriu toturor alu invetiaturei ortodacse? Dîce-te-oiu săntitu corifeu fara neci o insielatiune alu domnedieesciloru dogme? Dîce-te-voiu prea adeveratu re'nfrangatoriu alu erorei? Aoperatoriulu celu prea tare alu cuventului!

Apoi in stichir'a 2 punendu totu ace'a intrebare-lu numesce „rîu pururea plenu de ape spirituali, care adapa sufletele spre fructu bunu intielegatoriu, luminariu, care luminea drept'a credintia.“ Trecandu apoi la stichir'a a treia lu-saluta că pre midilocitoriu domnedieescu intre Domnedieu si intre ómeni si-lu numesce pocalu isvoritoriu de beutura santa si luminatoriu, carele avendu cuventulu vietiei se trage de la apusu si se aréta la resaritu. Purcediendu apoi la marirea de la introitu asia se adreséza catra elu: „Pre scaun inaltu te-a pusu Domnulu toturor, că si unu luminariu stralucit, că se luminezi pre celi ce dormiau in nóptea insielatiunei si se-i conduci la lumin'a credintiei adeverate; pentru ace'a luminezi pre toti cu dogmele tale.“ Revocandu apoi in memoria unele referitorie la condamnarea ereticiloru adauge acestea: „In midiloculu sinodului condamnandu pre Pirhu, Sergiu (Teodoru si Chiru) defaimatorii, cu prea sante cuvantele tale ai statoritu apriatu venerand'a dogma si ai alungat multimea ereticiloru. Infrange-se diavolulu celu reputatosu inaintea santelor tale petioare; prin cuvantele tale se astupa si gurile cele deschise ale ómeniloru reputatosi, si mai stralucita de catu sórele se aréta domnedieesc'a dogma. Pre tene te cunóscemu de temeliulu episcopiloru, column'a credintiei ortodocse si magistrulu religiunei.¹⁾ De aci trecandu la alta marire, adauge: „Că si unu sóre luminosu stralucindu in sinodu, ai intunecatu că si o negura insielatiunea ereticiloru, éra multimile credintiosiloru le-ai luminat cu radiele invetiaturei tale ortodocse.“

Ci aru fi prea multe, déca neamu nesú se producemu tóte, câte se spunu in meneiele orientaliloru despre ponti-

¹⁾ N. Nilles Kal. man. I. p. 138.

pellabo Martine? Dicam te omnibus illustrem orthodoxae doctrinae rectorem? Dicam divinorum dogmatum absque ullo errore sacrum coryphaeum? Dicam erroris veracissimum reprehensorem? propugnatorem verbi fortissimum?

In stich. dein 2, posita eadem interrogatione compellat illum „fluentem aquis spiritualibus semper plenum, qui animas in bonum fructum rationalem adaquat; candelabrum, quod bonam fidem illustrat.“ Ad tertiam postea transiens stichiram eum tamquam mediatorem divinum Deum inter et homines salutat et poculum divinum potum emittens illuminatoremque dicit illum, qui verbum vitae cum habet, ab occidente provenit et ad orientem appetet. Inde ad gloriam introitus prosequens, his verbis illum alloquitur: „Super altam sedem posuit te Dominus omnium tamquam fulgens candelabrum, ut dormientes in nocte fallaciae illuminares et ad lumen verae fidei adducas illos, idcirco omnes tuis illuminas dogmatibus.“ Cum autem in memoriam revocare vellet ea, quae damnationem haereticorum indicant, addit: „In medio synodi damnasti Pyrrhum, Sergium, (Teodorum et Chyrum), qui blasphemabant, sacratissimis verbis tuis aperte stabilisti dogma venerandum et acies haereticorum profligasti. Malignus diabolus disrumpitur ante sacropedes tuos: verbis tuis et malignantium hominum aperta ora obstruuntur, et splendens super solem ostenditur dogma divinum. Te episcoporum novimus basim, orthodoxae fidei columnam et religionis magistrum,¹⁾“ Inde ad sequentem gloriam transiens, addit: „Tanquam illustris sol fulgens in synodo errorem haereticorum veluti nebulam obscurasti, multitudines vero fidelium radiis orthodoxae doctrinae tuae illustrasti.“

Sed permulta essent si omnia in medium affere admitemur, quae in menaeis orientalium de romanis praedican-

¹⁾ N. Nilles kal. man. I. p. 138.

ficii romani; dereptu ace'a omitemu cele alalte, cîte s'aru mai poté cetí la diu'a acést'a in laudele santului Martinu, si facia de celi alalti pontifici fia de ajunsu déca vomu fi indicatu numai dîlele si sinacsariele adause la acele dîle, in cari se celebréza memori'a altor'a dintre pontificii romani.

La 20 februarui se celebréza in beseric'a greca memori'a santului Agatone, carele in editiunea Sabiana a meneiului romaniloru greco-orientali are nu numai sinacsariu distinsu, ci si ace'a se dice despre s. Agatone cumca a infrumosetiatu fórte demnitatea episcopale. Asemenea dedica beseric'a greca la 8 aprile sinacsariu separatu pontificelui Celestinu, si rechiamă in memoria epistol'a lui, cu care a ecomunicatü pre Nestoriu si. a.

De acelesi vîrtuti si miracule aflamù cà stralucesce in sinacsariele greciloru si s. Agapetu, carele folosindu-si protestea suprema preste intréga beserica si mergandu la Constantinopole a depusu pre Antimu ereticulu si a ordinat u de patriarchu in loculu lui pre s. Mema.¹⁾

Acestu sensu universale alu besericiei nóstre si alu celei grecesci despre succesiunea pontificiloru rom. in primatulu f. Petru manifestatü prin traditiune in cartile besericesci, lu-probéza cu testimonie totu asia de valoróse si beseric'a armena prin numirile cele onorifice, cari indatenata fiendu a le atribui pontificelui rom, i atribue si auctoritatea prea inalta de a guberná si a invetiá.) Pentruca la armeni episcopulu Romei vechie se dice: Pontifice macsimu si episcopulu episcopiloru, parentele parentiloru si inaltiatu in culmea apostolica; pontificele celu prea inaltu alu toturoru presidiloru, conductoriulu casei lui Domnedieu, preafericitulu episcopu alu urbei Rom'a, caruia i-a conferitu anticitatea principatulu preotiei preste toti; fericitulu, preafericitulu Pap'a, capulu besericiei universalii, Archiiepiscopulu universale si patriarchulu Romei mari, prefectulu lumei intregi si capulu familiei lui Christosu, preastralucitul cu demnitatea principatului pastorale, isvoru alu credintiei intru adeveru nein-

¹⁾ Nic. Nilles. Kal. manual. I p. 140—141.

tur Pontificibus; quam obrem omissis allis,... quae in laudem s. Martini ad hunc diem legi possent, sufficiat quoad alios Pontifices dies tantummodo indicasse et synaxaria illis diebus apposita, quibus memoria aliorum quoque celebratur romanorum Pontificum.

Die 20-a februarii celebratur in ecclesia graeca memoria s. Agathonis, qui in versione menaei romenorum gr. orientalium cibiniensi non solum synaxarium habet distinctum verum etiam haec legi possunt: s. Agathonem dignitatem episcopalem optime adornasse. Item 8-a aprilis, quo Coelestino Pontifici ecclesia graeca non solum synaxarium separatum dedicat, verum etiam epistolam ejus, qua Nestorium excomunicavit, in memoriam revocat etc.

Nec minus clarum virtutibus et miraculis invenies in sinaxariis Graecorum s. Agapetum, qui suprema sua potestate in universam ecclesiam usus, Constantinopolim profectus Anthimum haereticum depositus et in locum ejus s. Memam patriarcham ordinavit.¹⁾

Hunc universalem tum nostrae, tum etiam graecae ecclesiae sensum de rom. Pontificum in b. Petri primatu successione per traditionem in libris ecclesiasticis manifestatum, ejusdem valoris probat testimoniis Ecclesia armena per honorifica illa nomina, quae rom. Pontifici attribuere consveta illi summam quoque in regendo docendoque attribuit auctoritatem.²⁾ Dicitur namque apud Armenos Episcopus Romae veteris: Pontifex maximus et episcopus episcoporum, pater patrum et apostolico culmine sublimatus, — summus omnium praesidum Pontifex, rector domus Dei, beatissimus romanae urbis Episcopus, cui principatum sacerdotii super omnes antiquitas contulit: s. beatus, beatissimus Papa, caput universalis Ecclesiae, universalis A·episcopus et patriarcha magnae Romae, praefectus totius orbis, — et caput familiae Christi, pastoralis principatus dignitate illustris, vere illimis fons ac sincerus jam inde a principio verae fidei; profa-

²⁾ Eccles. armen, trad. p. 2—5.

tinut si sinceru de la inceputu, derimatoriulu eresurilor profane, principale si doctorulu credintieci ortodocse si nemaculate si alt.

Asemenea se aréta si din traditiunea besericei sirocaldeiloru, care inca atribue varie numiri si acumpnuleza pre pontificii rom.¹⁾ cu varii tituli scosi din versiunile arabice ale canonelorui conciliului ec. nicenu si ale sinodului sardicenu, ce se afla la dinsii, precum si din testimoniele cele de insemnatul momentu ale actelorui conciliarie de la Calcedone, Efesu si altele. La Siri episcopulu romanu se dice: capulu celor patru patriarchi, intre cari principe este acel'a, care ocupa Rom'a, pentru ca este capulu acelor'a avendu juredictiune preste toti patriarchi, ca si f. Petru preste intréga republic'a.

Că canonulu besericei prescrie că celu mai micu se se supuna celui mai mare, ér' supunerea toturoru se o termine Patriarchulu rom. pentru ca elu ocupa loculu lui Simonu Petru; dreptu ce scaunulu romanu este celu de antanu intre tóte, si celu ce siede in elu, este capulu patriarchiloru si alu besericelor. Mai incolo Episcopulu rom. este parentele celu mai mare intre toti, carele pórta grigia de beserica si de intregu adeverulu credintiei, care la tóte se estende. Pentru ace'a a adusu Celestinu sententia asupra lui Nestoru pre tempulu conciliului efesinu; inainte de conciliulu calcedonense au apelatu la Leone, celi ce au fostu loviti cu censura diu partea lui Dioscuru Alecsandrinulu; Simachu Patriarchulu Romei a ectscomunicatu pre Severu.

Quamvis itaque in scholio canonis chalcedonensis inter alias Daciae quoque provinciae constantinopolitano declarantur subditae Episcopo, facto tamen ad finem vergente seculo VI-o saltem transdanubianaem romanorum obediebant Pontifici. Gregorius namque M. (590—604) circulari sua epistola ad Episcopos suae jurisdictionis scripta inter alios etiam illos, qui penes Danubium erant, commemorat Episcopos.¹⁾ Imo, nec seculo VII-o et VIII-o communionem cum s. m. rom Ecclesia penitus interruptam fuisse dici posset; Bulgarorum namque tunc temporis ad religionem christianam conversionem per romanos missionarios factam testatur historia, illi vero promiscue una cum nostris inhababant regiones.

Ex allatis facile deduci posse videtur fidem circa rom. Pontificis primatum inter romanicae nationis populos a tempore conversionis suae ad Christum, tempore 7. oec. conciliorum et usque ad Photii schisma, quamvis illi populi orientalem conservaverint ritum, inconcussam exstisset et ejusdem pro-

¹⁾ Teod. Aaron. o. c. p. 88.

a acestei sementie nu era supusa episcopului constantinopolitanu, ci celui romanu.

§. XVIII. Poporele natiunei romanescoi, cari credinti'a despre primatulu f. Petru pre tempulu celor 7 concilie ecumenice si pana la tempurile lui Fotiu au conservatu-o neclatita, au tienutu uniunea cu s. m. beseric'a rom. si in seculii urmatori, caci nesuntinile Greciloru neci in tempulu posterioru, dupa desbinarea intrevenita la Florenti'a nu au potutu desface cu totulu de la uniune pre stramosii nostri, ci strabunii nostri prin unu siru lungu de seculi cu fidelitate filiale au remasal alipiti de catedr'a fiericitului Petru.

Dupa ce erupse schism'a Fotiana, Grecii, — ce e dreptu, — nu intrelasau a induce pre ai nostri prin diferite incercari la defectiune si a face se scapeteze credinti'a cat., insestramosii nostri neci in tempulu celu mai de aprópe dupa schism'a lui Fotiu — neci dupa desbinarea templata la Florenti'a nu s'au potutu aduce acolo prin aseclii lui Marcu Efesinulu, ca — uitandusi de Rom'a eterna, ai careia filii erau si dupa sange, — se nu pestreze comuniunea cu s. m. beseric'a romana. — Dar' totusi s'ar' poté dice ca episcopulu constantinopolitanu si-a castigatu insemnata prerogativa de juredictiune preste aceste tienuturi ale Daciei vechie dupa Fotiu, mai cu séma in secululu X, pre tempulu lui Iuliu principelui ungaru alu Transilvaniei, carele educandu dela Constantinopolea pre iero-monachulu Ieroteu, desemnatu prin patriarchulu constantinopolitanu, l'a pusul de episcopu preste principatu.¹⁾ Inse neci in tempulu urmatoriu nu au fostu desfacute cu totulu poporele acestea de la ascultarea de beseric'a romana. Caci cumca pre la inceputulu secului alu XIII besericu de ale Greciloru asiediate in regatulu Ungariei erau in comuniune cu s. m. beseric'a rom. se vede din epistol'a lui Innocentiu III, care la an. 1204 scrie episcopului Oradanu se cerce, firear' de intemeliatu in besericile grecesci unu episcopatu . . . care episcopatu se fia sub supnerea lui nemidilocita, pentru ca ne spuse noue" — dice Pontificele — „regele Ungariei cumca unele besericu de ale

¹⁾ Conf. Ist. bes. B. Ratiu p. 174, Ist. bes. Andr. Bar. Siaguna

paginis ecclesiast. hierarchiam non constantinopolitano sed romano obediisse Episcopo.

§. XVIII. Romanicae nationis populi, qui fidem circa b. Petri primatum tempore 7. oecum. conciliorum et usque ad tempora Photii inconcussam conservaverant, unionem cum s. matre rom. Ecclesia etiam subsequis colebant seculis, conamina namque Graecorum nec tempora posteriori — post scisionem Fiorentiae factam maiores nostros ab hac unione omnino divellere potuerant, sed antenati nostri cathedralae b. Petri apostoli per longam seculorum seriem filiali adhaerebant fidelitate.

Irrupto schismate Photiano non intermittebant quidem Graeci variis moliminibus nostros ad defectionem inducere et fidem cath. labefactare, sed maiores nostri nec tempore schismati Photiano proximo, nec post scisionem Fiorentiae factam per Marci Ephes. asseclas eo adduci potuere, ut obliiti aeternae Romae, cuius et secundum sanguinem fuere filii, communionem cum sancta matre Ecclesia rom. amplius non foverent. Notabilem attamen sibi acquisivisse jurisdictionis praerogativam in has antiquae Dacie ditiones Constantinopolitanus Episcopus dicendus foret post Photium, seculo praesertim X-o, tempore Julii hungarici Transsylvaniae principis, qui adducto Constantinopoli Hierotheo Hieromonacho a constantinopolitano patriarcha in Episcopum designato, principatui praefecit.¹⁾ Sed nec subsequo abhinc tempore hi populi ab obedientia rom. Ecclesiae omnino avulsi fuerunt. Initio namque seculi XIII-i ecclesias Graecorum in regno Hungariae constitutas in communione cum. s. m. rom. Ecclesia exstisset patet ex epistola Innocentii III, qui Episcopo Varadiensi scribit anno 1204 ut inquirat „an episcopatus in quibusdam ecclesiis graecis sit instituendus... qui episcopatus, ipsi sit immediate subjectus“ nam significavit nobis“ — ait Pontifex — Rex Hungariae, quod quae-dam ecclesiae monachorum graecorum in regno Hungariae constitutae per incuriam diocesanorum episcoporum et per ipsos Graecos, qui valde sunt, sicut asserit, dissoluti, peni-

II. §. 56. p. 45; P. Majoru Ist. bes. c. II. §. 1.

monachiloru grecesci, asiediate in regatulu Ungariei, prin negrigi'a episcopiloru diicesani si chiaru prin Greci, cari si altu cumu — pre cumu aseréza, — suntu fórté destremati — se derima cu totulu, si din asta causa cere, că se se faca unulu episcopatu din dinsele.“¹⁾ Er'cumca Pontificele prin besericile Greciloru a intielesu besericile nóstre e evidentu din epistola lui Gregoriu IX, carele la an. 1234 scríe lui Bela regelui Ungariei „că se astringa pre Valachi a primí pre episcopulu Cumaniloru.“ „In episcopatulu Cumaniloru ecisistu, — pre cumu amu intielesu, nesce popóre, cari se dícu Valachii, cari tienu ritulu grecu si primescu sacramentele de la nescari spendo-episcopi, ce tienu ritulu grecescu.“²⁾ Dar cu tóte că se dice cumca acesti'a aru fi primitu sacramentele de la episcopii grecesci, totusi tieneau uniunca cu s. m. beseric'a rom., caci Ioane XXII seriendu prelatiloru Ungariei dice, că aceli'a suntu intorsi la credinti'a cat. „Ne-a inscinitiatu pre noi,“ — scríe Pontificele — „Carolu regele Ungariei, cumca voi, de se intempla că cariva dintre Olachi se se intórca la credinti'a cat, — de la celi intorsi in acestu modu, scóteti tóte diecimele cu prea mare rigorositate, si le si storceti, din care causa . . . multi, cari bucurosi s'aru intorce la credinti'a acést'a, prin ace'a se retienu de la conuersiune. . . .

Éra Clemente VI. tramițiendu regelui Ungariei scrisori despre conuersiunea Valachiloru dice: că Olachii Romani, cari locuescu in partile Ungariei, Transilvaniei, Ultralpiniei si ale Sirmiului, unii dintre dinsii au recunoscutu calea adeverului aruncandu la o parte plamadél'a schismei.“

Audîndu apoi Gregoriu alu XI. „cumca anumita parte din multimea natiunei Olachiloru s'a intorsu la adeverulu credintie catolice“ si „ca celi alalti din Olachi . . . prea usiori s'aru intorce la acesta credintia . . . déca scaunulu apostolicu sar' ingrigí despre episcopu propriu pre séma loru,“ scríe (la an. 1374) Archiepiscopului de Strigoniu si de Cloci'a că se se informeze, că óre fire-ar' de folosu a radicá

¹⁾ Dr. J. Ardeleanu o. c. p. 95.

tus destruuntur ideoque petit ut unus fieret episcopatus ex ipsis.¹⁾ Intellexisse autem Pontificem per ecclesias Graecorum nostras ecclesias, evidens est ex epistola Gregorii IX, qui anno 1234 Belae regi Hungariae scribit „ut Valachos ad recipiendum Episcopum Cummanorum compellat“ „In Cummanorum episcopatu, sicut accepimus, quidam populi, qui Walatthi vocantur, existunt, qui ritum graecum habent et sacramenta a quibusdam speudoepiscopis Graecorum ritum tenentibus recipiunt.²⁾ Ast quamquam hi sacramenta a Graecis accepisse dicantur Episcopis, unionem tamen cum s. matre rom. Ecclesia fovebant; Joannes namque XXII scribens Praelatis Hungariae eos ad fidem cath. conversos esse dicit: „Significavit nobis,“ — scribit Pontifex — „Carolus rex Hungariae, quod vos, cum contigerit aliquos ex.... Olachis... ad fidem cath... converti, ab hujus modi taliter conversis ... decimas integras nimis rigorose exigitis, et etiam extorquetis. propter quod... multi qui ad fidem ipsam libenter converterentur, a conversione hujusmodi retrahuntur.“...

Clemens vero VI scribens regi Hungariae litteras de conversione Valachorum dicit „quod Olachi Romani commo- rantes in partibus Hungariae, Transilvanis, Ultralpinis et Sirmiis — quod — ipsorum aliqui jam viam veritatis agno- verunt, excusso formento schismatis.“

Gregorius dein XI. cum audiret „quod certa pars mul- titudinis nationis Wlachonum“ ad cath. fidei veritatem fuerat conversa et „quod alii de ipsis Wlachonibus... ad fidem ipsam satis faciliter converterentur... si de proprio antistite per sedem apostolicam provideretur eisdem,“ scribit (anno 1374) Archiepiscopo Strigoniensi et Colocensi ut se se in- forment, an utile sit cathedralem Wlachorum conversorum

²⁾ Ibid p. 94.

beserică catedrale Valachiloru si a dă episcopu, care se scia limbă acelei natiuni! ¹⁾) Apoi cumuca a fostu mare numerulu celora intorsi la unire spune Pontificele insusi in epistolă data din acelu anu provincialelui ordului minoritiloru, scriendu: „Schismaticii acestiă s'au intorsu la credintă cat. si la unire cu beserică romana nu pre de multu tempu, seau pre cumu aseréza ministrulu provinciale alu ordului minoriloru, „de dōue dieci de ani mai cám la cincidieci de milie de ómeni fara de prunci si fara de muieri s'au inrorsu la ace'asi credintia cat. si la unitatea besericei romane.“ ²⁾ Cumca aceste beserică grecescă au persistat in uniune cu s. scaunu si in tempulu urmatoriu de aci in colo, monumentele aréta destulu de luminatu. Neci nu detrage cevasi că patronii monastirei marmatiane au recursu dupa scrisori privilegiali pre la an. 1391 la Antoniu patriarchulu constant. caci disulu patriarchu eră in uniune cu s. beserică romana, si locuitorii provincelor dacice si ilirice erau uniti cu beserică rom., cu tóte că provinciele aceste dupa dreptulu patriarchale derivat in patriarachi din catedră lui Petru, — se tieneau de scaunulu constantinopolitan; si credintia greca, care ocure in privilegialile acele confirmate de regele Ungariei Uladislau, nu insémna schismă, ci insusi ritulu si disciplină grecescă; ³⁾ altu cumu Uladislau — că rege catolicu alu Ungariei, nu le ar' fī potutu confirmā. In partile Ungariei si speciale in comitatulu marmatianu si in teritoriulu muncacianu si in seclulu XV eră mare numerulu unitiloru. La acestia se adnumera in partile transilvane pre tempulu lui Ioane Corvinu mai multu de 30 milie de uniti.

Cu atâtu mai pre usioru se pote demustră uniunea romaniloru seau Valachiloru cu s. m. beserică romana in cele alalte provincie ale anticei Dacie. Caci in provinciele din colo de Danubiu, in seclulu XIII, pre candu grasa mai tare schismă Greciloru, Ioanitu regele romaniloru (s. rom. — bulgariloru) stă in unire asia de strinsa cu beserică rom., in

¹⁾ L. c. p. 98. Confr. et. ep. ejusd. Pont. a. 1377. Aeppo Coloc. script. p. 101.

Ecclesiam erigere et Episcopum,... qui lingvam dictae nationis sciret," dare¹⁾) Magnum fuisse autem numerum horum, qui ad unionem fuere conversi, exponit ipse Pontifex in epistola data eodem anno Provinciali ord. minorum, scribens: Hi schismatici a paucis citra temporibus ad veram fidem cath. et rom. Ecclesiae unitatem sunt conversi, seu ut asserit minister prov. ord. minorum a viginti annis citra fere quinquaginta milia hominum parvulis et mulieribus exceptis, ad eandem fidem cath. ac ejusdem romanae Ecclesiae unitatem fuerunt conversi.²⁾...

Perstisset autem has graecas Ecclesias in unione cum s. Sede etiam posteriori ab hinc tempore monumenta sat clare demonstrant. Nec officit quidquam quod Marmatiensis monasterii patroni pro privilegialibus litteris anno 1391-o ad Antonium Patriarcham Constantinopolitanum recurrerint, dictus enim Antonius cum s. rom. Ecclesia unionem fovebat et incolae provinciarum Daciae et Illyricii, quamvis hae provinciae jure patriarchali e cathedra Petri in Patriarchas derivato ad sedem spectarent constantinopolitanam, cum rom. Ecclesia erant uniti, et graeca fides, quae in illis privilegiis per regem Hungariae Uladislauum confirmatis occurrit, non schisma, sed ipsum ritum et disciplinam graecam significat;³⁾ alioquin Uladisiaus, qua catholicus Hungariae rex confirmare non potuisset. In partibus Hungariae, et specialiter in comitatu Marmatiensi et in territorio Muncaciensi seculo jam XV-o magnus numerus extiterat unitorum. His adnumerantur tempore Joannis Corvini in partibus Transylvaniensibus plusquam 30 unitorum millia..

Eo facilius demonstrari potest romenorum sive valachorum cum s. matre rom. Ecclesia unio in reliquis antiquae Daciae provinciis. In transdanubianis enim seculo XIII, quo schisma Graecorum maxima grassabatur Joannitus rex romenorum (vel Romano-bulgarorum) adeo arctam cum rom. Ecclesia fovebat unionem, ut nullis Graecorum promissis eo

²⁾ Ibid. p. 102.

³⁾ Timoth. Cipariu l. c. p. 6. ex hist. Fleuri l. 97. §. 14.

câtu prin neci o promisiune a Grecilor nu s'a potutu aduce acolo, că se scada de la credint'a catolica, ce'a ce se pôte cunóisce din epistol'a aceluiasi Ioanitiu scrisa la Innocentiu III (1198—1218), că dice adeca Ioanitiu: „Déca a ajunsu la orechiele Greciloru că asi fi tramisu nuncii la voi, au venit soli de la imperatulu si de la patriarchu cu mandatulu de a-mi dice: „*Intârcete la noi, că te vomu coronă de imperatu și-ti vomu dă patriarchu, fara de cari demnitati nu pôte stă domni'a ta.* „*Dar eu am respinsu ofertulu, pentru ca dorescu a fi sierbulu s. Petru și alu sătatei Tale;* pentru ace'a am tramisu la tene pre Archiepiscopulu mieu cu bani sigilati, am tramisu si vase, vestimente de metasa, céra, cali si muli, că se aretu in câtu te venerezu.“

La epistol'a acésta sumulu Pontifice Innocentiu III re-spusne urmatóriele: „*Audîndu noi cumca strabunii tei și-au trasu originea de la sement'a vitiei celei nobile a Romei, și tu generositatea sangelui și afectulu sincerei devotioni, cu care te porti facia de scaunulu apostolicu, că și cu dreptu eredatoriu le tragi de la acel'i'a, ne amu propusu de multu a te cercă prin scrisori și prin nuncii . . . Deci că se ajutamu popöreloru Valachilor, atâtu in cele sufletesci, câtu și in cele tempurale, cu auctoritatea aceluia, carele a unsu pre Davidu prin man'a lui Samuele, te constituimu pre tene de rege prin legatulu nostru Cardinalulu Leone, transmiteu sceptru și corona, cari-ți-le vă dă tîe in numele nostru și vă primî juramentulu teu, că tu și supusii tei veti remané sub ascultarea besericei romane.*“ Ci si alti trei predecesori ai lui Ioanitiu au fostu unsi de regi prin Pontificele romanu¹⁾

Considerandu dreptu ace'a dupa cuvenintia cele produse pana aci, se aréta preste indoieá, cumca strabunii nostri de la tempulu, de candu imbracisia seră religiunea crestina, pana

¹⁾ Tim. Cipariu l. c. p. 7. Confr. etiam animadvers. in Dissertat. Hallens. tit. Erweis dass die Walachen nicht römischer Abkunft sind. Damasc. Bozinka. Edit. Pestin. 1827. p. 27. Beser.

adduci posset, quo minus a cath. fide descisceret; quod ex ejusdem Joanniti ad Innocentium III (1198—1218) scripta epistola colligitur; dicit namque Joannitus: „Ubi ad Graecorum aures pervenit me ad vos nuncios misisse, adfuerunt ab imperatore et patriarcha legati mihi dicere jussi: „*Ad nos convertere, imperatorem te coronabimus et patriarcham dabimus, sine quibus dignitatibus regnum tuum stare nequit*“ *Ego vero oblata respui, quia servus s. Petri et sanctitatis tuae esse cupio; hinc misi ad te Archiepiscopum meum cum pecunia signata, misi etiam vasa, vestes sericas, ceram, equos et mulos, ut quantum te verear, probarem.*“

Ad hanc epistolam summus Pontifex Innocentius III. sequentia respondit: „*Nos audito quod de nobilis stirpis Romae prosapia progenitores tui originem traxerint, et tu ab eis sanguinis generositatem traxeris, et sincerae devotionis affectum, quem ad apostolicam sedem geris, quasi haereditario jure, jam pridem te proposuimus litteris et nunciis visitare...* Ut populis Valachorum tam in spiritualibus quam et temporalibus consulamus, illius auctoritate, qui Davidem unxit per manum Samuelis, te regem eorum opera Cardinalis Leonis legati nostri constituimus, mittimus sceptrum et coronam, quae nostro nomine tibi dabit, ac iuramentum tuum accipiet, te subditosque tuos in obsequio romanae Ecclesiae perseveraturos.“ Sed etiam alii tres Joannitii praedecessores per Romanum Pontificem in reges uncti sunt.¹⁾

Rite perpensis itaque his, quae hucusque in medium adtulimus, extra dubium ponitur proavos nostros a tempore, quo christianam amplexi fuere religionem ad tempora us-

orthodox. rom. l. c. an. 1877. fasc. 1—5 e gestis Joannit. III. profert sequentia: „Petisti vero humiliter ut coronam tibi Ecclesia rom. concederet sicut illusris. Dr. J. Ardeleanu o. c. p. 160.

la tempulu lui Fotiu, si prin urmare pana la seclul X au remasu in uniune cu s. m. beseric'a, si neci cu supravenirea schismei lui Fotiu nu s'au substrasu cu totulu de la supunerea besericei romane, ci pre cumu in partile Panoniei asia si in cele transdanubiane au pestratu uniunea cu beseric'a romana, de si provinciele Daciei vechie, in cari locuia natiunea romanésca din impreuna cu altele, in scholiulu alaturat la canonulu calcedonénu se declara supuse episcopului constantinopolitanu.

Cu atâtu mai usioru se pote demustrá dependentia besericei natiunali romanesci de la s. m. beserică in partile de incóce de Dunare, adeca în Valachi'a si Moldavi'a sau in regatulu de adi alu Romaniei, unde in tempulu urmatoriu, in seclul XIV, XV si XVI au remasu prea multe monumete despre legatur'a gentei acesteia cu s. m. beseric'a rom. Caci de si din seclulu XI si XII nu au remasu asia multe urme positive, totusi adeverulu stă cu taria; pentru că suntu alte documente neindoióse, din cari se vede că sar' poté deduce invederatu, cumca uniunea cu s. m. beseric'a rom. neci in tempulu, din care se paru a lipsi documentele, nu a fostu intrerupta cu totulu. Asia intre altele ecsiste epistol'a lui Ioane XXII scrisa lui Basarabu principelui transalpinu la an. 1327, care conciene urmatoriele: „Avemu incredere ne indoita despre nobilitatea ta, că tu, că principe catolicu si erbindu lui Domnedieu, si cu succesu fiindu intru ajutoriu scaunului apostolicu te areti, pre cumu cu bucuria amu intielesu din marturie demne de tóta credinti'a, columna inmobile, turnu alu tariei si devotiunei intru aperarea credintiei, si cu zelu speciale muru alu neobositei promptitudini.”¹⁾

Mai totu de ace'asi valore e si episol'a lui Urbanu V (1362—1370) si Gregoriu XI (1370—1378) scrisa la principii Moldaviei, in cari celu de antanin lauda pre principes'a Clara pentru uniunea cu beseric'a rom. In acést'a uniune era si principele Ladislau, caruia i-gratuléza Gregoriu XI

¹⁾ Dr. J. Ardeleanu o. c. p. 43 et. 96.

que Photii adeoque ad seculum usque X-um in unione cum s. m. rom. Ecclesia permansisse et nec superveniente schismate Photii ab obedientia rom. Ecclesiae omni e parte avulsos fuisse, sed prouti in partibus Pannoniae sic etiam transdanubianis unionem cum s. m. Ecclesia fuisse, quamvis provinciae Dacie antiquae, quas romanica una cum aliis inhabitabat natio, in scholio canoni chalcedonensi adjecto constantinopolitano subditae declarentur Episcopo.

Eo facilius demonstrari potest romanicae nationalis Ecclesiae a s. m. Ecclesia dependentia in partibus cisdanubianis, Valaciha nempe et Moldavia sive hodierno Romaniae regato, ubi tempore subsequo, seculo nempe XIV-o, XV-o et XVI-o permulta supersunt monumenta de hujus gentis cum s. m. rom. Ecclesia conjunctione. Nam etiamsi seculi XI-i et XII-i positiva haud multa remanserint vestigia, veritas tamen infirmari non potest; exstant namque alia indubitata documenta, e quibus sat clare deduci posse videtur, unionem cum s. m. r. Ecclesia nec illo tempore, quo documenta deesse videntur, prorsus interruptam fuisse. Sic inter alia exstat epistola Joannis XXII. anno 1327 Basarabae Transalpino Vojvodae scripta, quae habet sequentia: „Indubitatum gerimus de tua nobilitate fiduciam, quod tamquam princeps devotus *catholicus* Deo et apostolicae sedi favorabiliter assistens, te reddit, prout fidei testimonio laetanter percepimus, ad sustentationem orthodoxae fidei velut columnam immobilem, turim fortitudinis et devotionis propugnaculum studio promptitudinis indefessae.¹⁾

Ejusdam fere valoris et etiam epistola Urbani V-i (1362—1370) et Gregorii XI-i (1370—1378) ad Moldovachiae principes scripta, in qua primus Claram principissam laudat propter unionem cum s. r. Ecclesia. In hac unione erat etiam Ladislaus princeps, cui Gregorius XI gra-

¹⁾ Dr. J. Ardeleanu o. c. p. 43 et 96.

pentru uniunea facuta cu beseric'a romana.¹⁾ Despre uniunea acestui'a cu s. beseric'a rom. cu doi ani mai nainte asia scrie Urbanu V in epistol'a catra Archiepiscopulu de Praga : „Nobilele barbatu Laczko ducele Moldaviei, alu partiloru seau alu natiunei valachice ne-a facutu cunoscutu . . . cumca elu si poporulu lui, alu ducatului seau alu pamentului Moldaviei, de si se lauda cu numele de crestinu, totusi eli si stramosii loru au fostu si suntu pana acumu schismatici, ci indemnati de predicationile si invetiaturele unor'a dintre fratii minoriti voescu a abnegá tota schism'a, si a marturisi sant'a credintia catolica, care o tiene beseric'a catolica.“²⁾ Era cuprinsulu epistolei gratulatorie a I.i Gregoriu XI este urmatoriu : „Iubitului filiu, nobilelui barbatu Laczko, Duceiui Moldovénu, mantuire si c. a. Amu primitu cu bucuria scriitori'a nobilitatei tale, la cuprinsulu careia respundemus prin cele de facia, că : pre cumu-ti gratulamu in Domnulu pentru intorcerea ta la credint'a catolica si pentru supunerea s. m. besericei romane, magistrei toturorou credintiosiloru, si pentru perseverant'a ta cea buna, asia sentim dorere pentru impietritrea muierei tale, care remane in erorii de mai'nainte, si sperandu că tu cu admonitionile tale cele salutarie si contenue si cu ecsemplele fidelitatei preastralucite si sincere, o vei intorce pre ea la credint'a si supunerea preatinsa, nu avemu intentiune a te face se o dimitti pre ace'a ori si candu, ci se ffi cu grigia, nu cumva pentru conlocuirea imprumutata cu dins'a, se ffi oresicumu sedusu de ea si se te retragi de la propusurile tale cele sante, si de la marturisirea, care ai facutu-o besericei atinse (ce de parte se fia), ci se sporesci totu de un'a in acelea spre mantuirea sufletului teu si spre ecsemplulu indemnatoriu altor'.“³⁾

Cerendu dupa ace'a in seculu XV (1476) Stefanu Voivodulu Moldaviei si Petru Episcopulu iubileu, Sicstu IV (in an. urm. 1477) concede nu mumai iubileu, ci si numesce pre

¹⁾ Beiträge zu einer statistisch historischen Beschreibung des Fürstenthums Moldau. — Andr. Wolf. Hermanstadt. 1805. p. 165. T. I. et p. 7--8. T. II ex annal. eccles. Raynaldi XVI, n. 7.

tulatur propter initam cum r. Ecclesia unionem.¹⁾ De hu-
jus enim cum s. m. Ecclesia unione duobus jam antea an-
nis Urbanus V. in epistola Archiepiscopo Pragensi scribit:
„Nobilis vir Laczko dux Moldaviensis, partium seu nationis
Walachicae nobis... notificare curavit, quod ipse et suus po-
pulus ducatus seu terrae Moldaviensis, licet christianitatis
nomine gloriantur, tamen ipsi et eorum progenitores schis-
matici fuerunt hactenus et existunt, sed quorumdam fra-
trum minorum praedicationibus et doctrinis inducti abnegare
volunt omne schisma profiterique sanctam fidem quam cath.
tenet Ecclesia.“²⁾ Gratulatoriae vero Gregorii XI epistolae
tenor est sequens: „Dilecto filio nobili viro Laczkonii Duci
Moldaviensi salutem etc...: Litteras tuae nobilitatis grata-
ter accepimus, ad quarum contenta praesentibus respondemus,
quod sicut de tua conversione ad cath. fidem et obedientiam
sacrosanctae rom. Ecclesiae matris et magistrae cun-
torum fidelium et tua bona perseverantia in Domino gratu-
lamur, ita de tuae uxoris, quae in prioribus erroribus per-
manet, pertinacia condolemus: Sperantesque quod tu saluta-
ribus et sedulis monitis tuaeque praelarae ac sincerae
fidelitatis exemplis ad praefatam fidem et obedientiam con-
vertas eandem, te non intendimus cogere ad eam quocumque
tempore dimittendam; sed caute caveas, ne propter mutuam
cohabitationem ipsius uxoris ab ea quomodolibet seducaris
et a tuis sanctis proposito et professione, quam fecisti dic-
tae Ecclesiae retraharis (quod absit,) sed in eis semper
proficias ad tuae salutem animae et exemplum invitabile
aliorum.“³⁾

Seculo dein XV-o (1476) potentibus Stephano Wooyvoda
Moldaviae et Petro Episcopo jubilaeum, Sixtus IV (anno
sequenti 1477) non solum jubilaeum concedit, sed Stephanum

p. 485 et 512 nr. 22.

²⁾ Dr. J. Ardeleanu o. c. p. 99.

³⁾ Andr. Wolf. o. c. T. II. p. 8.

Stefanu filiu iubitu alu seu, barbatu nobile si adeveratu atletu alu credintiei crestine.¹⁾ Totu acestu Stefanu tramise din spoliele luate dela Turci o parte sumului Pontifice, éra o parte regilor Ungariei si Poloniei. Cumca la inceputulu seculului XVI nu numai Stefanu alu Moldaviei, ci si Basarabu Voivodulu Cisalpiniei si altri magnati si principi impreuna cu supusii sei au fostu uniti pentru totu de un'a cu s. scaunu si cu beseric'a rom. se vede apriatu din epistol'a lui Leone X. tramisa la acesti principi la an. 1519, unde Pontificele scrie urmatoriele: „Ne-a referatu noue Antoniu Paicalas nunțiulu si oratoriulu vostru că voi fórte doriti si poftiti, adeca tu filiile Basarabu si filii tei iubiti Teodosiu si Petru, si descendantii tei, si tu filiile Stefane si filii tei, că, déca sar' intemplá se te casatoresci si se aibi fili si sîi descendantii de impreuna cu supusii vostri, se fiti pururea uniti cu noi si cu santu scaunulu acest'a cu beseric'a romana, apromitêndu că voi si filii si supusii vostri veti ecpune tóte averile vóstre si sangele si chiaru viati'a pentru credinti'a in Chrístosu. Unírea acésta facuta cu beseric'a romana dupa diumetatea acestui seclu o pestrara si succesorii lui Stefanu; caci Iulin II la anulu 1509 iu epistola tramisa regelui Poloniei pre Ioane Bogdaninu principele Moldaviei lu numesce filiu iubitu, érà Piu IV la an. 1561 nu numai indémna pre Alecsandru principele Moldaviei că se tramita oratori la conciliulu tridentinu, ci-i inparte si mantuirea si benecuyentarea apostolica, ce'a ce nu s'au indatenatu a imparti Pontificii rom. omului necatolicu.²⁾ Istori'a aréta că si mai nainte, in seclulu XV, poporele natiunei romane erau intarite in unire, caci la conciliulu florentin oratorii principilor loru si Archiepiscopulu Damian' ... cu presbiterulu Constantinu au fostu de facia si au subscrisu in numele intregei natiuni romanesci.³⁾

Apoi Sicstu V. la an. 1586 recomendandu regelui Poloniei pre Petru principele Valachiei lu-numesce filiu iubitu,

¹⁾ Dr. I. Ardeleanu o. c. p. 104.

²⁾ L. c. p. 105.

etiam dilectum filium suum, nobilem virum et verum christiane fidei athletam vocat.¹⁾ Idem Stephanus Moldaviae princeps spoliorum de Turcis reportatorum partem summo Pontifici, partem vero regibus Hungariae et Poloniae submisit. Fuisse vero initio seculi XVI non solum Stephanum Moldaviae sed etiam Basarabam Cisalpinae Woyvodam et alios magnates et princeps una cum subditis suis cum s. sede et rom. Ecclesia perpetuo conjunctos, clare patet ex epistola Leonis X anno 1519 ad eosdem principes missa, ubi Pontifex sequentia scribit: „Antonius Paicalas nuntius et orator vester nobis exposuit, summopere vos appetere et desiderare et vos videlicet te, fili Bassaraba, et dilectos filios Theodosium et Petrum filios et descendentes tuos, ac te fili Stephane, et filios tuos, si contingat, te matrimonium contrahere et filios suscipere, ac etiam descendentes tuos una cum subditis vestris nobiscum et hac sancta sede Rom. Ecclesia perpetuo foedere conjuncti sitis, policentes vos ac filios et subditos vestros pro fide Christi facultates omnes ac sanguinem et vitam quoque ipsam exposituros....“ Hanc initam cum s. m. Ecclesia unionem post dimidium hujus seculi Stephani successores quoque fovebant; Julius namque II anno jam 1509 in epistola regi Poloniae missa Joannem Bogdaninum Moldaviae principem dilectum filium vocat, Pius vero IV anno 1561. Alexandrum Moldaviae principem non solum hortatur ut ad concilium tridentinum oratores mittat, verum etiam salutem et apostolicam impertit benedictionem, quam Pontifices rom. homini acatholico imperire non solent.²⁾ Sed etiam antea, seculo XIV-o romanicae nationis populos in unione confirmatos fuisse constat ex historia concilii florentini, in quo principum eorum oratores et Archiepiscopus Daminnus... cum uno archipraesbytero Constantino totius gentis romanicae nomine adfuerunt et subscriperunt.³⁾

Sixtus dein V a. 1586 Petrum Valachiae principem regi Poloniae commendans, „dilectum filium, virum catholi-

³⁾ Tim. Cipariu l. c. p. 6. et Bas. Ratiu ist. bes. p. 230—231 conf. et. conc. provinc. I. T. I. c. I.

barbatu catolicu, legatu forte strinsu cu s. scaunu. Éra la an. 1588 principale Moldaviei Petru aretandu supunere Pontificelui rom. si multiamindu-i pentru scrisórile tramise, aréta câte a facutu in tier'a sa pentru inaintarea credintie catolice, si Gregoriu metropolitulu Sucevei si a tóta Moldavi'a, dovedindu supunere si devotiune sumului Pontifice, spune câte a facutu si vá se mai faca principale pentru de a reduce popórele sale la credint'a strabuna.¹⁾ Cu ace'asi emulatiune desudara in intarirea uniunei si in anulu urmatoriu 1589, si atâtu principale insusi, câtu si metropolitulu si celu alaltu cleru aretara supunere sumului Pontifice suplicandu că se fia intru ajutoriu starei celei asuprite a provinciei inundate de turci.²⁾ Acestor'a respundiendu-le Sicstu V. gratulează episcopiloru Moldaviei pentru propusulu loru celu santu de a reduce pre popórele loru concretiute la uniune, éra Urbanu VII intaresce in propusulu de a merge la Rom'a pre principale Moldaviei, pre care-lu numesce filiu iubitu in Christosu.³⁾

Din cele produse pana aci e aretatu asia dara apriatu, cumca beseric'a particulara a romaniloru si pre tempulu de dupa Fotiu nu numai au recunoscutu primatulu Pontificiloru romani, ci au si conservatu neclintita credint'a despre acel'a in cele mai multe parti ale Daciei vechie, si cu tóte că sementi'a acést'a a suferit u nenumerate injurie de ale tempuriloru, agitata adeseori, adamanita si solicitata spre defecțiune de Greci, Rasciani, Rusi si de altii — totusi nu a cadiutu neci o data cu totulu de la credint'a catolica si de la uniune cu s. m. beseric'a romana; nici nu s'ar' poté asemna tempulu, candu se se pótă díce că uniunea a fostu intrerupta cu totulu. Ca, de si dupa marturirea istoriei, Grecii reintorsi dela Florenti'a — trasi érasi la cadere prin Marculu Efes. de la uniunea subscrisa la Florenti'a, — cu tehnice diferite semenau ura catra beseric'a prin misiunarii sei veniti neintreruptu de la Fanaru, si pervaagandu prin tie-

¹⁾ Dr. I. Ardeleanu o. c. p. 106 Confess. Orthodox. proefat, V. §. 11.

cum cum s. Sede conjunctissimum⁴ dicit. Anno vero 1588 Petrus Moldaviae princeps exhibita summo Pontifici obedientia gratiasque reddens de litteris ad se datis significat, quae ad provehendam fidem cath. in sua ditione egerit et Gregorius Mohila Soczaviensis totiusque Moldaviae metropolita summo Pontifici devotionem et obedientiam exhibens pariter significat, quae princeps ad reducendas gentes suas ad *avitam* fidem magnifice praestiterit et praestiturus sit.¹⁾ Pari aemulatione desudarunt in fovenda unione anno sequenti 1589, et tam princeps ipse, quam etiam metropolita et reliquus clerus summo Pontifici obedientiam exhibuerunt supplicantes ut attritis ipsorum provinciae a Turcis invasae rebus praesto esse velit.²⁾ Quibus cum responderet Sixtus V gratulatur Episcopis Moldaviae de sancto ipsorum consilio populos eis concreditos ad unionem reducendi, Urbanus vero VII principem Moldaviae, quem dilectum in Christo filium appellat, in pio Romam veniendi consilio confirmat.³⁾

Palam conficitur itaque his, quae hucusque in medium prolata sunt, romenorū particularem Ecclesiam etiam tempore post Photium rom. Pontificum primatum non solum agnovisse verum etiam fidem circa illum in pluribus antiquae Dacie partibus inconcussam conservasse, et, quamvis innumeras temporum perpessa injurias, et a Graecis Rascianis, Russis et aliis persaepe agitata, electa et ad defectionem solicitata propago haec fuerit, nunquam tamen a fide catolica et ab unione cum. s. matre romana Ecclesia omnino descivisse; nec assignari posset tempus quo unio omni e parte interrupta dicenda esset. Quamvis enim historia teste Graeci a Florentia reversi et per Marcum Ephes. ab unione Florentiae subscripta iterum ad defectionem ducti per missionarios suos, — qui indesinenter a Phanaro adventantes nostras regiones pervagabant, et variis technis odium erga rom. Ecclesiam disseminabant, — ad fovendum schisma

²⁾ Ibid p. 107.

³⁾ Ibid. p. 108.

nuturele nóstre nu incetau a intarí totu mai tare schism'a intre ai nostri, totusi nu au potutu duce lucrulu neci o data acolo, că popórele natiunei romanescri se-si uite cu totulu in tóte provinciele locuite de ele de adeverat'a credintia catolica, pre care a tienutu-o totu de-un'a beseric'a Romana, si de originea sa, care dupa cumu díce si Pontificele Innocentiu III in epistol'a catra Ioanitiu — si-o tragu de la sementi'a Urbei Rom'a.

Dar cu tóte aceste are de a deplange totusi natiunea acésta multe urmari triste pana in díilele nóstre atâtu in respectu eu puritatea limbej, cătu si facia cu alte lucruri omenesci — casiunate din nesuntie'e Greciloru si ale Slaviloru, cari pre intrecute se incercau a-o adamani la schisma. Caci in acele provincie si regiuni, cari suntu invecinate de Greci si de Slavi, seau in cari poporulu natiunei romanescri, de si imprastiatu, locui'a totusi mestecatu cu eli, au remasu aduncu infipte urmele suprematiei Greciloru, Rascianiloru si Rusiloru¹⁾ inca si din tempulu, carele precese conciliului florentinu. Ca de la tempulu, de candu schism'a fotiana si-a aflatu in oriente sectatori, alu caroru numera cu resuscitarea desbinarei prin Leone Isaurulu si mai alesu prin Michaele Cerulariu — crescea totu mai tare, — nu intrelasau neci-o insielatiune, cu care se instraineze atâtu pre principi, cătu si pre poporulu natiunei romanescri de la s. m. beseric'a romana, infectandu-i cu veninulu schismei prin misiunari si preoti greci si slavi tramisi la eli.

De aci urmà cà inca la a. 1401. Iuga principele Moldaviei fundandu archiepiscopatu a primitu nu numai preoti de natiunea slavica ci si carti scrise in limb'a slavica de la metropolitulu ocridénu; éra patriarchulu constantinopolitanu i-tramisese si profesori, cari se propuna scientiele teologice slavonesce si grecesce²⁾)

¹⁾ Petr. Maior. ist. p. incep. rom. p. 330. G. Sincai Chronic. an. 1202. Bas. Maniu hist. crit. lit. p. 586—587. Foi'a Gazet. Trans. 1844 nr. 24. Tim. Cipariu analect. et Aaron Pumnulu. Lept. 22, 26 etc.

nostros magis magisque inducere non desinerent, rem tamen nunquam eo adducere potuerunt, ut romanicae nationis populi in omnibus, quas inhabitabant provinciis verae catholicae fidei, quam Romana semper tenuit Ecclesia, et originis suae quam, — quemadmodum etiam Innocentius III. Pontifex in epistola ad Joannitium dicit — ab urbis Romae prosapia trahunt, omni ex parte oblvsicerentur.

Multa attamen conaminum Graecorum et Slavorum, qui pari aemulatione ad schisma aliciebant, nostris adhuc diebus tristia tum respectu puritatis lingvae, tum alia ad humanas res habita ratione redolet haec propago vestigia. In illis namque provinciis et regionibus, quae Graecis et Slavis sunt viciniores, vel vero quas romanicae nationis populus, quamvis sparsim, promiscuae tamen cum illis inhabitat, alte infixa remanserunt vestigia¹⁾ suprematiae Graecorum Rascianorum et Russorum vel ex eo tempore, quod florentino jam praecesserat concilio. A tempore namque quo Photianum schisma sectatores nactum est in oriente, quorum numerus dissidio per Leonem Isaurum praesertim vero per Michaelem Caerularium resuscitato magis magisque augebatur, nullum intermisserunt dolum, quo romanicae nationis tamen principes quam populum per missionarios sacerdotesque graecos et slavos illis datos a s. matre alienarent Ecclesia schismatisque veneno imbuerent.

Hinc factum est, ut anno jam 1041 Juga Moldaviae princeps, quum archiepiscopatum fundaret a metropolita achridensi non solum sacerdotes slavicae nationis verum etiam libros veteri slavica exaratos lingua acciperet; sed et Constantinopolis patriarcha ei professores, qui theologicas scienitas slavice et grecce traderent, mitteret.²⁾

²⁾ C. Revist. rom. p. 406, 408, 420. Andreas Wolf o. c. I p 141—142. Elemanta lingv. dacorum. Sam. Klain de Sád, edit Vindob. 1780 praeaf.

Deci déca inainte de conciliulu florentinu pana la atât'a ajunsese lucrulu, că popórele natiunei romanesci se fia silite a folosi carti grecesci si slavonesci in besericelle sale si sortea loru a si-o concrede preotiloru greci si slavi, ce erá de a tiené despre sortea loru dupa conciliulu florentinu, in templu, candu principii si primorii cu diferite artificie la atât'a s'au adusu prin schismatici, că lapedandu cartile scrise cu litere latine, cu cari se folosisera pana la conciliulu florentinu,¹⁾ se primésca in totu loculu carti tiparite in limb'a slavica? Ce? Candu, prin schismatici, cari avendu de premergatoriu pre Teoctistu Archiepiscopulu Bulgariloru si invetiacelu alu lui Marcu Efes, nu incetau prin diferite silintie si pr.n midilócele cele mai aspre a-i spariá si a-i instrainá dela s. m. beserica, — si popórele se insielau cu atât'a perfidia, in câtu se cugete că voru aduce sacrificiu lui Domnedien, déca voru arde cartile scrise cu litere latine? Că dupa marturisirea lui Petru Maioru celebrului istoricu alu nostru, — pre cumu la Judei credeau că vá fi ajunsu de anatemă celu care aru tiené pre langa sene pane dospita in dílele azimelor, asia si poporulu acest'a, credea că vá fi ecomunicatu, déca vá conservá la sene carti scrise cu litere latine.²⁾

Dar' Domnulu Christosu, carele a fundatu pre Petru un'a bezerica, — nu a lasatu se precumpanésca silintiele aceste in contra credintiei catolice, si aseclii lui Marcu efesinu nu au potutu neci cu aceste se induca pre poporulu natiunei romanesci la ura catra s. m. beserica si se-lu instraineze de la uniune in tóte provinciele. Că de si la incercarile acestea ale Greciloru, cari inundara cu negure dese

¹⁾ Balugyánski hist. p. 329 n. d) „Kantemir szerint a florentiai zsinattól kezdve többnyire illyr papjaik voltak az oláhoknak, kik oláhul nem tudván, a népnek sikeres oktatását nem adhatták. etc. Auctor adnotat. ad statistic Schwartneri, p. 6. „Régentén 1439. esztendő előtt az oláhok római betükkel éltek. Midön ezen tájban a görögök a florentiai zsinatnak végzéseit be nem fogadnák, tartván attól, hogy az oláhok eredetükre nézve a rómaiakkal való atyafiság tekintetéból könnyen azokhoz vallhatnák magokat, Markus Eph-

Si itaque ante concilium florentinum eo adducta est res, ut romanicae nationis populi libros graecos et slavicos in Ecclesiis suis adhibere sortemque suam graecis slavicisque committere sacerdotibus cogerentur, quid de sorte eorum tenendum erat post concilium florentinum, tempore, quo principes et primores per schismaticos variis artibus eo adducti sunt, ut rejectis latino charactere scriptis libris, quibus ad florentinum usque concilium usi fuere,¹⁾ slavici idiomatis et slavicis characteribus impressos libros ubique reciperent? Quid? Dum per schismaticos, — qui duce Theoctisto Bulgarorum A.-episcopo et Marci Ephes. discipulo, variis conaminibus severioribusque mediis deterrere et ab unione cum s. matre Ecclesia abalienare non desinebant — tanta perfidia fallerentur populi, ut in comburendis latino charactere exaratis libris Deo se sacrificium oblataros arbitrarentur? Teste enim Petro Maior celeberrimo historico nostro — quemadmodum inter Hebraeos anathemate percussum credebant quemque, qui in diebus azymorum fermentatum panem peles se haberet, ita etiam hic populus se se excommunicatum iri credebat si latino charactere exaratos libros apud se conservaverit.²⁾

At Christus Dominus, qui unam super Petrum fundaverat Ecclesiam, non sivit ista conamina adversus fidem cath. praevalere et Marci Ephes. asseclae nec his populum rom. nationis in odium s. matris Ecclesiae inducere et ab unione in omnibus provinciis abalienare potuerant. Quamvis enim his Graecorum conaminibus, quae densis ignorantiae tenebris obruere rom. nationis populum, alia quoque innu-

zusi érsek és Theoktistus bolgár, arra birták az oláh fejedelmeket, hogy római betűk helyett cyrillus betűk. az anyja nyelv helyett pedig a templomban az orosz nyelvet vennék be.“ Confr. etiam Ignat. de Luca Geograph. Bukov. T. I. p. 325. et Revist. rom. I. c. p. 420. Tim. Cipariu Act. et fragm. p. 2.

²⁾ Confr. Traducat. memor. dac. in magazin. istor. p. 364. et Toma Floriton. Starea de acumu a principat. Romania si Moldov. p. 46 88.

ale ignorantiei pre poporulu natiunei romanesci, se mai alaturara si alte nenumerate rele,¹⁾ pre cari a le aminti aci neci nu ar fi oportunu, neci nu le amu poté atinge fara caresi-va afectu de dorere²⁾ voindu a spune adeverulu istoricu, — totusi unele parti ale poporului acestui'a nu au cadiutu de la credintia, ci si pre langa acele au perseverat in uniune cu s. mam'a beserica si conservandusi alipirea si credinti'a neclatita, indata ce au potutu, s'au si apucatu a-o re'nnoi si solemnu a-o marturisí in sinode provinciali si a-o apromite santei mame beserici.

Coadunandu-se spre scopulu acest'a Teofili Episcopula besericei romanesci din partile transilvane si in comitatele tienatorie de acésta beserica de impreuna cu totu clerulu acestei beserici in sinodu generale la 21 martiu an. 1697 in Alb'a-Iuli'a, se declara cu unu consensu unanimu de re-uniti cu beseric'a romano-catolica, „*admitendu, marturisindu si crediendu tóte; căte le admite, profeséza si crede ace'a,*” — dar mai cu séma cele patru puncte, dintre cari celu de antanu este: „*Recunoscemu cumca Pontificele romanu este capulu vediutu alu intregei beserici a lui Christosu.*³⁾

Credinti'a acést'a marturisita solemnu prin Teofili si prin cleru, o vedem re'nnoita in sinodulu generale din 5 sieptembre 1700 la Alba-Iulia — unde urmatorulu lui Teofili, metropolitulu Atanasiu si intregu cleru (54 de archidiaconi cu 1563 de preoti) adunati in sinodu, au datu manifestulu besericei de ritulu grecescu din Transilvani'a si partile impreunate cu dins'a unite cu beseric'a romano-catolica, care manifestu intre altele cuprinde si urmatóriele: „*Considerandu . . . nemorírea . . . sufletului, amu legatu unire cu beseric'a romano-catolica si prin tenorea presentelor ne dechiaramu de membri ai aceleia admitendu tóte, marturisindu si crediendu, cari le admite, le marturisesce si le crede dins'a, mai alesu inse cele patru puncte*” . . . *In a carui mai mare credintia si taria amu intaritu ma-*

^{1) 2)} Conf. Nic. Nilles S. J. Symbolae ad illustrandam historiam ecclesiae orientalis in terris coronae S. Stephani. Tom. I. oe-nipont. 1884. p. 141. et ss.

mera accesserint mala¹⁾ quorum hic meminisse nec opportunum, nec historicam veritatem exposituri sine quodam doloris affectu ea depromere possemus,²⁾ nonnullae tamen hujus populi partes a fide non defecerunt, sed in unione cum s. matre Ecclesia — his non obstantibus — perseverarunt et adhaesione in concussamque fidem suam conservantes, quam primum potuere, illam renovare atque solemniter in synodis provincialibus profiteri sanctaeque matri Ecclesiae spondere adorti sunt.

Hoc propositum exsecuturi Theophilus Ecclesiae romanae in partibus transylvaniensibus et eidem Ecclesiae adnexis comitatibus Episcopus et universus ejusdem Ecclesiae clerus in synodo generali coadunati Alba-Juliae 21 martii an. 1697. unanimi consensu se se Ecclesiae rom. cath. reunitos declarant „ea omnia admittentes profitentes ac credentes, quae illa admittit, profitetur ac credit“ imprimis autem illa quatuor puncta, quorum primum est „Agnoscamus romanum Pontificem totius Ecclesiae Christi per orbem difussae caput esse visibile.“³⁾

Hanc fidem per Theophilum et clerum solemniter editam renovatam invenimus in synodo generali anni 1700 die 5 sept. Alba-Juliae, ubi Theophili successor Athanasius metropolita et universus clerus (54 archidiaconi cum 1563 sacerdotibus) in synodo congregati „manifestum“ ediderunt „Ecclesiae graeci ritus per Transylvaniam partesque eidem annexas cum Ecclesia romano-catholica unitae“ quod inter alia sequentia quoque habet: „Considerata... animae... immortalitate cum Ecclesia rom. cat. unionem inivimus ejusdemque... commembra nos tenore praesentium declaramus omnia admittentes, profitentes ac credentes, quae illa admittit, profitetur et credit, praesertim vero illa quatuor puncta“... „In cuius majorem fidem ac robur praesens manifestum nostrum propriae manus syngrapha... communivi-

³⁾ Act et fragm. p. 81—82 in act syn. J. M. Moldovanu II. p. 115—119.

